

Vg
5572



745
Mus. 19
OK. 19



745

PK. 195

(13)
PK. 195

Vg
5572

VINDICIÆ LUTHERI^{III}

id est

III, 745

ORATIONES DVÆ,

PRO

*Luthero Theologorum omnium, ab Apostolorum
estate, Phosphoro, adversus convitia & calumnias Je-
suitarum, NICOLAI SERARII im-
primis.*

Quibus accessit TERTIA de obedientia sub-
ditorum erga leges,

*In publicis Academia WITTEBERGENSIS so-
lemnitatibus habita*

à

IOHANNI FÖRSTERO

S.S. Theolog. Doctore & Professore
publico.



WITTEBERGAE

Typis exscribat IOHAN. GORMANUS

Anno 1609.



VANICIA & LUTHERI
Aplismis, Coni...


ORATIONES

Domini, amici &...

Carissimi & benedictissimi

...




Amplissimis, Consultissi-
mis, eximijs & prudentissimis Viris, Dominis
Consulibus, & ceteris inclytæ & florentissimæ
Reipublicæ Lipsiensis Sena-
toribus, &c.

*Dominis, amicis & fautoribus meis maxi-
mè plurimumq; honorandis*

Gratiam & benedictionem Divinam

P.



*B*ENEDICTIONE JUSTO-
rum exaltatur Civitas inquit, Re-
gum sapientissimus, Prover. 11, 11.
*Verba quidem pauca: sed valdè
emphatica & observatu maximè
digna. Quibus quippe, digito quasi indice, causa
monstratur, è qua tanquam è radice fœcundissi-
ma, felicitas & incrementa Rerum-publicarum,
elegantissimè propullulant & efflorescunt.*

*Quenam verò illa? non Civium propriè fre-
quentia, non situs oportunitas, non commercio-
rum varietas, non opes & divitiæ, non terræ fer-
tilitas, & si quæ alia sunt, quæ ad ditandam &
amplificandam Civitatem vulgò facere & perti-*

A 2

nere

P R Æ F A T I O .

*nerere creduntur: sed Benedictio justorum; Bene-
dictione justorum exaltatur Civitas. Benedi-
ctioni igitur DOMINI acceptum referendum
est, si Civitas floret, si claret, si potentia, & opibus
valet.*

*Benedictio autem illa non cuivis promiscuè
obtingit Reipublicæ; sed illi tantum, ad cuius gu-
bernacula sedent & clavum tenent Iusti, id est, ii,
qui omnia sua studia & consilia, eò referunt uni-
cè, ut (vatis Regij verbis utimur ex Psalm. 85.)
Misericordia & Veritas obvient sibi, justitia &
pax osculentur se. Ut Veritas de terra oriatur
& justitia de cælo prospiciat. Ut Dominus det
benignitatem, & terra nostra det fructum su-
um. Ut justitia ante eum ambulet; & ponat in
via gressus suos.*

*Rem sic se habere: Civitas vestra, Patres
Conscripti, florentissima, suo exemplo abundè
docet & confirmat. Per-tenua eius olim extite-
runt initia. Etenim si historiarum scriptoribus
fidem adhibemus: ante sexcentos annos Lipsia
adhuc pagus fuit, ex pago postea sub Othone Con-
radi secundi filio Marchione, urbs fieri cepit, sed
vilis & exilis. Temporis verò progressu tanta
sumsit incrementa, ut hodiè cum celeberrimis
Germaniæ emporijs comparari possit.*

Dies:

P R Æ F A T I O.

*Dies me deficeret non oratio: si Urbis vestrae
 προξας, privilegia, κερήλια, ornamenta, & que
 prætereà eidem celebritatem & gratiam admira-
 bilem conciliant, recensere & pro dignitate com-
 mendare vellem.*

*Scaligerum certè, Miraculum illud Naturæ,
 adeò in admirationem rapuit Lipsia, & suo qui-
 dam splendore saltem externo, ut non dubitavit
 hoc ipsam Epigrammate lectissimo salutare & af-
 fari:*

Lipsia se ostentans, sublimibus aurea tectis

Lumina dum saturat, mens perit iccta fame.

Vecta quibus ratibus longinquæ marmora terræ,

Unde frequens flavi pura nitela Tagi.

Huc Cyprum, huc Tamesum, huc Arabes, huc Serica

Sedibus evulsa huc Indica regna suis. (dices

Cum gemma bibitur, superantur nectare gemmæ,

Sed linguæ varius, vincit utrumq; nitor.

Nec Germana tamen vitiat Lipsia luxu,

Hunc sed Germanum, Lipsia clara, facit.

*Quid illum existimatis dicturum, si templa, si
 Academiam, si Curiam, si Consistorium, si Scabi-
 natum, si Scholas vestras intimius perlustrasset?
 Ea verò omnia non casu sunt fortuito, nec ulli
 etiam alij cause adscribenda sunt, præterquam
 pure putæq; solius DEI gratiæ & benedictioni,
 cuius fundamentum Justitia; non tam politica,*

PRÆFATIO.

quàm illa altera, de qua ex verbo Divino in templis Scholisq; vestris purè & sincerè docetur.

Et quanquam aliquantò seriùs doctrina Evangelica à sordibus & inquinamentis Romanensium, opera Lutheri perpurgata, publicè tradi cepit Lipsiæ: non defuerunt tamen in Republica illa laudatissima, etiam tum, cum adhuc inibi regnaret Romanus Antichristus, qui veritatem Evangelicam incredibili constantia animiq; magnitudine professi sunt, adeò, ut una vice trecenti Cives ob auditas alibi Conciones & usum Sacramenti Cœnæ integrum, exilio mulctati fuerint.

Simul ac verò Sol ille cœlestis Veritatis desideratissimus, in hac etiam Misnia Metropoli, tenebris Pontificijs ac nebulis à Luthero discussis & dissipatis, tandem aliquando exortus: DEUM immortalem, quanta donum illud Divinum, aviditate acceptum, quantâ curâ & sollicitudine, quantaq; fide & studio in hunc usq; diem custoditum fuit! Major certè erga ministerium reverentia & gratitudo vix uspiam, præterquam Lipsiæ, vix ullibi etiam quàm hîc, ardentior audiendi verbum Divinitus patefactum diligentia.

Quid

P R A E F A T I O.

Quid dicam de Zelo erga Lutherum, quem
 equidem tantum esse, certo mihi persuasum ha-
 bui, ut non dubitarem Vestr. Ampl. & Exim. Di-
 gnitatibus, has qualescunq; Orationes pro Luthe-
 ro adversus Jesuitas Lutheromastigas à me ha-
 bitas, debitâ cum reverentia dedicare, concepta
 spe indubia, dedicationem illam ab iisdem in bo-
 nam partem, & hoc ipso amorem erga Lutherum
 eiusq; doctrinam declaratum iri. Idq; eò confi-
 dentiùs facere debui & volui, tum quòd pleriq;
 Ordinis vestri honoratissimi benigni sui affectus
 erga me meosq; satis evidentes hætenus signifi-
 cationes dederunt: tum quòd intellexim me
 gratias Vestr. Ampl. & Exim. Dignitatibus
 debere prolixissimas, pro beneficio, quo ex concio-
 ne in eade Thomiana diebus Saturni haberi solitâ
 ultra biennium frui licuit.

Æternum- & summè misericordem DEUM
 supplex veneror & oro, ut Civitatem vestram
 sua benedictione hætenus exaltatam, deinceps
 quoq; eadem exaltare dignetur, utq; amplissimum
 vestrum Ordinè porro Spiritu Sapienti, & consilij
 & fortitudinis ex alto beare, cūq; animi, corporis
 & fortunæ bonis cumulare velit benignissimè, per

P R A E F A T I O.

*Propter Filium JESUM CHRISTUM, Pa-
tronum urbis vestrae florentissimae unicum uni-
ce q̄ invocandum, A M E N.*

*Scribebam 18. Octobris, qui Academia VVi-
tebergensi ante annos 107. natalis extitit, Anno
CHRISTI 1609.*

V. Ampl. & Exim. Dignit.

reverenter colens & observans

Iohannes Försterus

SS. Th. D. & Prof. p.

In

In Lutheromastygias Sacerdotes incruentos, de tribu

LEVI, ex posteritate Esau.

αὐτοχρῆδιοςμα

Ad Virum Reverendum & Clariss.

D. JOHANNEM FORSTERUM

*SS. Theol. Doctorem & Professore, Collegam, Com-
patrem & in Christo Fratrem sinceris-
simum.*

Plena SACERDOTUM sunt omnia pulpita cleri,
Quem sacra Romanæ sedis Eleusis alit,
Nec tamen effuso cadit hostia sanguine: quidquid
Cæditur, ex sanguine cæde fatigat humum.
Ne mirere novos, Latia de gente, Levitas,
Quos Levitas peperit, nutrit Impietas.
Tale sacerdotum genus æstimat aula Papalis,
Qualis utrinq; datur victima, sive deus,
Victima sunt Fraudes, Mendacia, Crimina falsi:
Victima, quæ vitæ, corde, cruore caret.
Hac faciunt Genioq; suo, Latioq; deastro,
Dum famam alterius exanimare student.
Hactenus experta est Divini fama LUTHERI
Sævitiem cleri sacrificumq; minas,
Dum calamo Furijs exanguia sacra dedere:
Viveret; haud dubiè sacra cruenta darent.
Sed Tua, nequidquam tentata, LUTHERE, manebit
Gloria, sacrificum dispereunte grege.
Illam Tu calamo, FORSTERE, vel ore diserto
Assere: digna DEO, Te quoq; digna facis.
Talia LUTHERICATHEDRÆ debentur, & AEDI,
Talia pro VERO postulat arma DEUS.

RECTOR

Fridericus Balduinus D.

A. S.

AD

Ad Lectorem, A. B. C. D.

Quæ occasio, quæq; cause ad has orationes Anti-Jesuiticas priorem præsertim, me impulerint: en accipe mi Lector.

Parentandum erat Luthero: Cogitabam igitur de materia. Sed dum cogito, incido in Orationes NICOLAI SERARII Luthero - Turcicas. Simul ac verò titulum inspexi, totus præ indignatione exhorruì, statimq; ad illam refutandam animum adjeci. Nondum enim, illam ab uno è Domini mei Collegis jamdudum sufficientissimè refutatam nôram. Etsi enim confusè sciebam rem ipsi fuisse cum SERARIO, hoc tamen de argumento ei cum ipso rem fuisse ignorabam. Nec quicquam tum constabat de Clarissimo illo SIMONIO Professore Rostochiensi, quod idem saxum voluisset, donec id mense Martio ex amico quodam Lipsiensi intelligerem. Ibi tum verò animum de edenda illa Oratione ferè totum mutavi. sed cum mox post nundinas Francofordienses suos LOGOS edidisset SERARIUS: Amicorum suasu, & amore Lutheri factum est, ut illam cum socijs prodire passus. Tu, mi lector, fave studio Veritatis. Vos verò mendaciorum & calumniarum Architecti Jesuitæ vi veritatis victi data Deo & Veritati gloriam, & acerbo in Lutherum odio tandem abstinete. Sin minus: non defuturos esse, qui Virum illum verè θεό-
καμπλον, adversus Calumnia Jesuitæ morsus defendant, certò vobis persuadete.

RECTOR

RECTOR ACADEMIÆ VVITTEBERGENSIS.

Dapicolæ, ex avira quadam superstiti-
one Sanctulorum ac deastrorum suorum
memoriam eodem die recolere consueve-
runt, quo in vivis illi esse defierunt, è quibus
tamen non pauci in rerum natura nunquam extitère;
aliquorum verò animæ rectiùs in inferno, quàm in
Cœlo degere creduntur, juxta vulgare illud, quod Au-
gustino tribuitur: *Multi pro sanctis coluntur in terra,
quorum animæ ardent in inferuo.*

Quantò magis decet nos, qui *orthodoxiam* Luthera-
nam amplectimur & profitemur, ut Beati LUTHERI
memoriam, quibuscunq; potuerimus modis, sanctissi-
mam honoratissimamq; custodiamus, deq; eo sæpe
multumque cogitemus, commentemur, verba facia-
mus. Maxime verò circa istud annitempus, quo Thau-
masiander ille incomparabilis, vitam hanc infelicem
cum altera longè felicissima commutavit. Id autem
incidit in *diem proximum Saturni, qui est XVIII. Februa-
rij*, memoriæ & honori, *Concordiæ ac Constantiæ* olim di-
catus. Eo enim die jam annos ante LXIII. Lutherus
obiit, Islebiæ in patria. Corpus verò eius sacratissimū
huc solenni pompâ transectum, & IV. die post obi-
tum in Templo Arcis, sepultum fuit. E quo tempore
in hac Academia præclarè institutum, & observatum
fuit hætenus studiosissimè, ut die illo beatissimis Lu-
theri manibus parentatio haberetur publica & solen-
nis.

RECTOR

Cui

Cui consuetudini laudatissimæ ut & nos
morem geramus; constitui e quidem ad diem jam in-
dictum Orationem recitare *ἀπολογητικῶν*, refutaturus
Mendacium & Calumniam Iesuitæ cuiusdam, cui nomen
est NICOLAO SERARIO, quiq; in Oratione quâdam,
in Academia Herbipolensi publicè habita, magno conatu &
boatu evincere annixus est, Lutherum Diabolo doctore
usum esse. Ab hoc convitio vindicare Lutherum, idq;
in ipsum Papam Romanum, eiusq; Synagogam Caco-
lycam retorquere animatus sum. Vos cives Acade-
mici agite, declarate vestrum erga Lutherum, eiusq;
doctrinam, affectum ac gratitudinem, atq; adeo ad di-
em SATURNI proximum, hora IX. in *Acroaterio*
Majori, ad orationem illam attentè audiendam, fre-
quentes convenite. Propositum die XV. Februarij,
Anno CHRISTI M. DC. IX.





ORATIO PRIMA,

Contra Calumniam NICO-

LAI SERARII Jesuitæ, Luthero-mastigi:s

De more & consuetudine Academica,

*Parentationis loco habita 18. Februarij, quo die
therus Anno 1546, placidè in CHRISTO
obdormiuit.*



funesta, & luctuosa lux, ô lux in-
vida, ô lux toti Ecclesiæ & Reipublicæ
Christianæ nimis infauſta, & infelix ni-
mis, quæ hodierno die iterum redijſti, &
exorta es! Recolitur quidè hoc die, Au-
ditores omnium Ordinum præſtantiffi-
mi, lectiffimi, recolitur, inquam, hoc die, qui eſt XIIII.
Februarii, memoria Conſtantiæ ac Concordiæ: ſed eo-
dem (proh dolor! proh luctus!) jam, annos ante ſe-
xaginta tres, Pater Conſtantiæ, veræq; in CHRISTO
Concordiæ Inſtaurator, LUTHERUS obiit. Imò, quod
multò magis dolendum & lugendum, unà cum hoc
Conſtantiæ & veræ in CHRISTO Concordiæ aſſerto-
re acerrimo, omnis ferè & Conſtantia & Concordia ſi-
mul abiit, obiit, periit.

Posteriori libro Regum legimus, quòd paulò poſt
beatiffimum Eliſæi, Prophetæ ſanctiffimi, obitum; Syri
fecerint irruptionem in Regnum Iſrael, & mihi paſſim

B

magnam

magnam eamq; cruentissimam stragem ediderint. Quid Elifæo hoc nostro Germano verè-germano, ex hac miseriarū valle sublato, & ad Meliores translato, Israeli nostro, id est, Ecclesiæ Protestantium acciderit, notius est (eheu!) quàm ut à quoquam vestrūm ignorari possit.

Proximo enim statim, à beatissimo Beatissimi LUTHERI obitu, vel abitu potiùs in Cœlestē Patriam, anno: Syri Romanenses Germaniam hanc nostrā hostili vi atq; impetu invaserunt, tantosq; sanguinis torrentes se futuros gloriati sunt, ut in his equi sui natare possint. Et sanè truculētissimis eorū conatibus visum est aliquàm adspirare, cæcum & stultum illud numen fictitiū, Fortuna.

In hoc enim tractu, & quasi in conspectu Urbis nostræ captus est Cōstantissimus ille veræ & sinceræ Fidei Professor JOHANNES FRIDERICUS Dux & Elector Saxonix serenissimus, pientissimus, potentissimus. Quid? Hostes victoriæ gloriā inflati & elati processerunt: ad hanc nostram VVitebergam accesserunt: in urbem inceserunt, in templo Arcis, quid? in ipso Lutheri tumulto pedem fixerunt.

Anno autem à discessu Lutheri ex hac vita, secundo, in lucem protulerunt Romanæ Meretricis obstetrices, Julius Pflugius, Michael Sidonius, & Johannes Islebius Agricola Monstrum illud informe atq; infelix, quod à monstrosa facie, nomen quoq; monstrum accepit, atque adeò *INTERIM* dictum fuit. Ubi verò? In illo ipso loco, in illa ipsa Romani Imperij Urbe augustissima, in qua ante annos XIX. Confessio verè augusta à Protestantibus condita, prodita, edita.

Ex hoc porrò monstro tot erronearum opinionum, in ipsis hujus Academiæ visceribus nata sunt, progressu temporis, monstra, quot vel olim monstrosæ illi Ler-

næ,

næ, de qua Poëtæ fabulantur, capita fuisse accepimus. Ex hoc enim *Αδιαφορομαχία*, ex hoc Majorismus, ex hoc Synergismus, & quid non? Ex Monstro, inquam, illo τῷ INTERIM, quod totum ex Papisticis *ματαιολογίαις* compilatum, & non ex Lutheri doctrina, sicut Jesuitæ Jesu-iticè, id est, sine fronte & sine mente propalam calumini-antur; errores illi omnes & singuli propullularunt.

Quantum verò & quàm multas exinde Academia hæc nostra à Gente Sacramentaria experta & perpeffa est adversitates! Non modò dies: sed lingua etiam & vox me deficeret: si iis omnibus percensendis paulisper tantùm immorari vellem.

Sed converto me ad id, cujus gratia hæc panegyris anniversaria & solennis potissimùm instituta. Cur igitur? Ideò nimirùm, ut de Luthero Theologorum omnium, si ab Apostolorum tempore discesseris, phosphoro, aliquid publicè differatur, quò Auditorum animi, tum ad ardentiores Doctrinæ Lutheranae amorem, tum ad gratiarum actionem, pro hoc tanto Bono Donoque communi, affectu propensiori, DEO immortalis persolvendam, exuscitentur. Quàm amplius verò quàmque patens Orationis campus mihi hîc ostenditur? Quocunque me verto, ingentem rerum variarum copiam ubique circumjacentem conspicio, quarum tractatio hoc loco & tempore haud incommodè suscipi & expediri posset. Sed delectus tamen quidem adhibendus est, ex Rhetorum præceptis, quæ jubent & postulant, ne promiscuè quævis: sed ea maximè, quæ usu necessaria, scitu digna, fructu utilia, ad dicendum proponantur.

Ejusmodi autem meo, & fortassis etiam vestro, Auditores doctissimi, iudicio, videtur esse: si vespas à Lutheri

tumulo abigamus, id est, si Lutherum nostrum ab iis vindicemus calumniis & convitiis, quibus Virum hunc verè θεόπρεπτον καὶ θεόευστον, ipsius doctrinam θεόθεν καὶ ἁγανόθεν datam & delatam, deformare & proscindere non verentur Fratres & Patres illi omnium religiosissimi, quos à sectæ istius nocentissimæ Invērore & autore primo Lojolâ, Lojolitas rectissimè denominamus; perinde ut Johannes Apostolus, & Evangelista omnium præstantissimus, à Nicolao Nicolaitas.

Nundinæ profectò Francofurtenses nunquam prætereunt, quin plaustra quædam ingentia prodeant, onusta calumniis, convitiis, dicteriis, mendaciis & maledictis in te, Luthere meritissime, sanctissime, beatissime! Quis est, qui nesciat, quòd infelix ille PISTOR & Apostata turpissimus factus sit Anatomicus, aususq; Lutherum, jam ante annos sexaginta tres felicissimè mortuum ἐξώτε ἔσωτε in partes minutissimas dividere ac dispecere? Et quidni? Medicus enim erat Professione. Quis non vidit & audivit Fratris illius *Nasutuli*, vel, ut fons nominis Germanici arguit, *Humiduli*, picturas & nugas Antilutheranas omni scurrilitate scurriliores? Omitto imagunculas anno proximè elapso in ignominiam Lutheri & Lutheranorum à Jesuitis fictas pictasq;. Nihil dicam de *Thrasybulo Ratisbonensi*, qui, artificio quodam novo, è Japonia vel Philippinis forsàn, cum literis Jesuitarum, per Oceanum in Germaniam translato, ex uno hætenus Luthero subindè plures cudit, excudit, recudit, aded, ut, si velis ὀνοματοποιεῖν, non inscitè eum appellare possis *Λεθροποιητὴν* vel *Λεθροπλάστην* vel si malis *Λεθροτέκτονα*. Silentio quoque involvam cetera omnia, quibus Lutheri famam & existimationem honestissimam conspurcare, & impurissimis suis pedibus, quan-

quantum in ipsis quidem situm, conculcare tentant, homines impurissimi Esauitæ. Si DOMINUS vitam & sanitatem conservaverit integram; alio forsan tempore, de illis poterit disleri.

Jam ex illo numero innumero, unū duntaxat seligam, in quo nostra hæc versabitur Oratio. Quale verò illud?

Nicolaus Serarius Societatis IESU Presbyter, Orationes quasdam edidit, quas inscripsit Luthero-Turcicas, titulo, (ita me CHRISTUS benè amet!) admodum monstroso, & ipso sono statim tremendo, quoq; Lutherum, Doctorem de universa Ecclesia meritissimum, Turcæ crudelissimo ac immanissimo Christiani Nominis hosti copulare & exæquare non veretur. In prima earum Orationum Jesuita ex Tom. 6. Jenensi, & quidem ex Libro Lutheri de Missa VIII. argumentis evincere conatur, Lutherum verissimè, simpliciter ac propriè diabolo illo ipso tartarea Magistro, & eorum, quæ ex imo inferorum barathro excivit, quoq; Christianum per orbem sparsit dogmatum, inventore, doctore, principe, duce, autore usum fuisse. O cœlum! ô terra! annon exhorrescitis! annon contremiscitis! an non dehiscitis! Ecquid enim est calumnia, si hæc non est? num vel ab ipso diabolo, calumniarum Patre & Magistro, ulla atrocior excogitari, & ex ima inferni abyssu eructari posset?

Sed ad rem ipsam potiùs accedamus, tractationem ejusdem tribus inclusuri capitibus:

In quorum *primo*, quàm frivola & putida sit hæc Calumnia Jesuitæ, ad oculos ostendemus.

In *secundo* de Lutheri vocatione, atq; adeò de eo, qui verissimè, simpliciter & propriè Lutheri Magister, Dux & Doctor extiterit, differemus.

In *tertio*, crimen istud vel calumniam potiùs atrocissimam de diabolo, à Lutherò in ipsum Antichristum

Romanum ejusq; Synagogam Cacolycam retorquebimus. *Faveat & adspiret conatibus nostris DOMINUS ex alto.* Vos verò, Audicores omnium Ordinum ornatissimi, lectissimi, per illum amorem vestrum in Lutherum, per zelum illum vestrum in religionem Lutheranam, æquis adeste animis, & benignas mihi ad unius semihorulæ spatium aures præbete.

In Tomo 6. Jenensi f. 91. habetur scriptum à Luthe-
ro compositum & evulgatum, anno Epochæ Christia-
næ XXXIII. supra millesimum & quingentesimum,
idq; de Missa angulari & unctiōe Sacerdotum, von der
Winkelmeß vnd Priesterweibe. Utramq; improbat Lu-
therus. Et rectè quidem. Utraq; enim fundamento Scri-
pturæ, cui inniti possit, destituitur. In initio autem istius
Scripti Lutherus recitat historiã de disputatione quadã
cum diabolo, in qua ipsi quinq; argumenta, de Missa an-
gulari, ab Antagonista isthoc acerrimo, fuerint objecta.
Verba Lutheri, si ex Germanico in Latinum transferã-
tur, hæc sunt: *Aliquando circa mediam noctem, expergesa-
ctus sum. Tum mecum diabolus in corde meo talem incipiebat
disputationem; Audisne, doctissime, scisne te annos quindecim
ferè quotidie angularem missam celebrasse? Quid? si ista
Missarum celebratione puram ac putam idololatriam exer-
cuisses, adeoq; non CHRISTI corpus & sanguinem: sed nudum
duntaxat panem adorasses, & aliis adorandum exhibuisses?*

Ex hac narratione Lutheri effrons Jesuita Serarius
demonstrare audet. *Lutherum diabolo magistro & doctore
usum fuisse, & proinde omnia ipsius dogmata nihil ali-
ud, quàm mera satanæ inventa atque commenta esse.
Hominum fidem! quàm exultat, quàm tripudiat, quàm
triumphat homo in hac historiola!* Quàm prolixus,
quàm verbosus, quàm operosus est in probando & con-
firman-

firmando! Octo argumenta adducit, Auditores, adhuc semel dico, & ut ab omnibus exaudiar, clarissima voce dico, octo argumenta adducit. Quid verò iis probat? an hoc, quòd Lutherus diabolo usus sit Præceptore & Magistro? Hunc quidem scopum sibi propositum esse simulat Archisophista: sed nunquam, nunquam illum ferit. Quid verò agit? Nugas agit nugivendus; Andabatarum more, in tenebris, cum umbris pugnat, cum larvis colluctatur. Si enim octo illa argumenta singula quàm diligentissimè excutias: eodem collineare & collimare deprehendes omnia: *historicam hanc narrationem de Disputatione cum Luthero non esse figmentum Catholicorum: sed ipsissimam veritatem, quæ ab ipsomet Luthero serio, & juxta omnes circumstantias operosissimè descripta, nunquam ab ipso retractata, nunquam ab ullo Lutheranorum refutata, aut ulla saltem excusatione vel ad speciem colorata.* Hoc illud est *νεῖρόμενον*, (scilicet) in quo astruendo tanto-perè defudat Suita, & de quo, ultra integram horam, voce Stentoria, in Academia Herbipolensi, publicè declamavit.

Sed en vobis exemplar vivum ac spirans genij & ingenij Jesuitici! Probandum & confirmandum erat homini: Lutherum usum esse diabolo Magistro & Doctore; Hoc titulus, hoc propositio, hoc scopus illius Orationis præ se ferebat, hoc promittebat. Sed ubi ad rem ipsam ventum: ab hoc scopo, quò omnia omnium argumentorum tela unicè dirigenda, sicco pede transiit ad historiola illam de disputatione Lutheri cum diabolo, hancq; non fictam: sed veram esse prolixissimè demonstrat, cum tamen nemo fuerit, sit, & futurus sit unquam è nobis, quid, quod tanto conatu, & boatu Jesuita probat, unquam negarit.

Imò

Imò fatemur ingenuè, apertè fatemur, constanter fate-
mur: historiam illam non fictam; sed factam: non va-
nam; sed veram: non ab aliquo alio clam Lutheri tomis
intertextam; sed ab ipsomet Luthero adhuc vivo manu
propria sic scriptam & descriptam esse.

Hoc saltem sub dubitationis aleam vocari potest:
an diabolus Luthero *αὐτοπροσώπως* apparuerit, & *αὐτοφώ-
ως* cum ipso collocutus sit? Sed solvit hanc dubitatio-
nem Lutherus ipsemet unicâ voculâ, dum descri-
ptionem illius historiæ sic exorditur: Mihi IN CORDE
ME O diabolus istam disputationem incipiebat. Ex quo
in proclivi est colligere, non in specie quadam visibili
exteriùs cum Luthero egisse Satanam: sed fuisse inter-
nam tentationem in corde Lutheri: Hoc igitur (COR-
LU THERI) suis telis diabolus oppugnavit, huic (COR-
DI LU THERI) quoque illa objecit argumenta, quibus
ab usum Missæ Luthero, adhuc sacrificulo, exprobravit.

Cùm igitur historia illa, de disputatione diaboli cum
Luthero, extra controversiam omnem sit posita; quid,
quæso, inde inferetur? an hoc, quod maximè intendit,
tantoq; hiatu promittit Jesuita: Lutherum videlicet
diabolo Magistro, & eorum, quibus orbem implevit do-
gmatum, inventore doctoreque usum esse? Vos i-
psos compello, Auditores, ipsimet judicate, utq; exacti-
ùs judicetis, ad artem judicii, id est, ad Logicam nos
conferemus, totamq; hanc rem proponemus syllogisti-
cè, adeoque in forma, quâ possumus optima: *Formam*
enim, *formam* toties strepunt & crepant Jesuitæ: hæc He-
lena est, hæc Penelope, quam tantopere ambiunt, a-
mant, suspiciunt, & exosculantur Meretricis Babylo-
nicæ servuli. Sit igitur Syllogismus in hac forma nequa-
quam informi:

Quæ-

Quemcumq; tentavit diabolus, vel, ut Jesuita verba habent, quo cum disputavit diabolus de Missa angulari & consecratione Sacerdotum: is diabolo Magistro, & eorum, quibus Orbem implevit, dogmatum, inventore doctoreq; usus est.

Atqui Lutherum tentavit diabolus: Lutherus est is, quo cum diabolus de Missa angulari & consecratione Sacerdotum disputavit.

Ergo Lutherus diabolo Magistro & eorum, quibus Orbem implevit, dogmatum inventore, doctoreq; usus est.

Quid putatis, Auditores, an non hoc argumentum Herculeum & Achilleum? Imò verò ficulneum, stramineum, ex arena sine calce conglobatum Quis enim adeò bardus & tardus est ingenii, qui Presbytero societatis JESU majorem concedat propositionem? Nulla enim inibi consecutio, nulla ἀκολουθία, nulla planè consequentis & antecedentis membri cohærentia. Et quid multis? *Manifestissimè falsa est Major*, quæ tamen totius istius structuræ fundamentum esse debebat solidum & inconcussum. Igitur simpliciter eandem inficiamur datis & prolatis instantiis, quæ nulla unquam Sophistica elidi atq; eludi poterunt. Unde verò? Ex corpore forsan Canonico? aut ex Patribus, aut è Scholasticis, aut ex Pontificum Romanorum responsis & decretis? Hæc enim ferè sunt armamentaria ac promptuaria, è quibus Jesuitæ sua arma & tela contra Lutheranos proferre ac depromere assolent. Minimè omnium. Ad Mosen & Prophetas, ad Legem & Testimonium, ad Scripturam Θεόπνευστον SPIRITUS SANCTUS nos remittit unicè. Indè, indè, inquam, Majorem Antagonistæ nostri tam evidenter refutabimus, ut vel cæcus medijs in tenebris palpare possit.

Argumentatur à tentatione vel disputatione diabolici, atq;

C

li, atq; hinc evincere allaborat; Lutherum ideo usum esse diabolo Magistro, dogmatumq; suorum inventore, *quia diabolus ipsum tentando & disputando adortus sit.* Hoc si valet: sequetur etiam Davidem Vatem illum Regium & Virum juxta cor DOMINI: Sequetur etiam Jobum, qui ipsius DEI testimonio, sua sibi ætate in pietatis & sanctitatis studio non habuit parem: Sequetur Hiskiam, qui hoc præclarum, idque ex ore SPIRITUS SANCTI profectum post se reliquit eulogium: *Post eum non fuit similis ei de cunctis gentibus Iuda: sed neq; in his, qui ante eum fuerunt, & adhesit DOMINO, & non recessit à vestigiis ejus fecit q; mandata ejus, quæ præceperat DOMINUS.* Sequetur, inquã, hos omnes & singulos diabolo usos esse magistro, & omnium eorum, quæ dixerunt, scripserunt, fecerunt inventore & doctore. Hi enim omnes in Satanæ cribro sederunt, diaboli tentationes experti sunt, cum diabolo disputarunt. Legat, qui dubitat *Isaia. viii. 18. 138. 16.* legat *c. 2. 3. 17, 18. Jobi:* Legat *c. 38. Esaiæ* & inveniet ibi certè tentationes ac disputationes longè gravissimas, quibus Tartareus ille Tentator Viros illos omnium sanctissimos non tantùm adorari: sed ad desperationē quoq; sollicitare ausus est. Et quid moror? Posito, sed non concesso, quòd diabolus visibili specie & vivâ voce cum Luthero disputârit, num propterea ipsum diabolo magistro usum, ejusq; Doctrinam diaboli inventum & commentum esse dicendum erit? Nequaquam. Annon diabolus visibili specie & viva voce cum ipso DOMINO dominantium, & SANCTO Sanctorum JESU CHRISTO, in deserto disputavit; annon ipsi argumenta objecit? annon se ab ipso adorari postulavit? Quis verò adeò impius & profanus fuerit, qui CHRISTUM diabolo Magistro, & eorum, quæ docuit &

& professus est dogmatum inventore doctoreq; usum esse affirmet?

Excipio hostes CHRISTI acerbissimos & capitales, Judæos & Phariseos, qui, cum CHRISTUM ejusq; doctrinam nullo planè modo confutare valerent: convertebantur ad calumnias, eumque diabolum habere clamitabant.

Quid igitur mirum id ipsum à novis Phariseis, Jesuitis nempe, Tibi, ò fidelissime CHRISTI discipule Luthe- re, accidere, ut dum te tuamque doctrinam confutare nequeant, te diabolo magistro & Doctore usum esse, scriptitent? Ita enim futurum esse, ipsemet ArchiPropheta CHRISTUS diserta ac sonora voce pronuncia- vit Matth. 10: *Sufficit discipulo, inquiens, ut sit sicut Preceptor ipsius, & servus sit sicut Dominus ipsius. Si ipsum Patrem familias vocaverunt BEELZEBUB quantum magis domesticos ejus.*

Sed nondum tamen acquiescit Societatis JESU Presbyter; instat adhuc, atq; iterum iterumq;, & quidem magna torius corporis contentione vociferatur; negare tamè non potestis vos Lutherani, diabolum vestro cum Luthero disputasse. Concessimus hoc, & adhuc concedimus utrâq; manu. Disputavit diabolus cum Luthero; sed de quibus articulis religionis nostræ disputavit? De nullo: Sed de *Missâ angulari & consecratione Sacerdotum*, quarum neutra religionis Lutheranæ articulum constituit. Neutra enim à CHRISTO, neutra ab Apostolis, neutra ab Apostolorum Principe Petro vel mandata, vel instituta, vel observata. Imò, contra mandatum CHRISTI, contra observationem Apostolorum Missâ angularis celebratur. Cœna enim sacrosancta à Christo instituta est, ut in ea corpus ipsius sacratissimum inter plures distribuatur, non ut à solo Sacerdote missaliter deglutiatur; ut mors ipsius publicè prædicetur:

non ut in obscuro angulo à Sacrificulo nescio quid mus-
fretur: ut ad Fidei nostræ confirmationem edatur, non
ut pro vivis ac mortuis offeratur.

Deniq; ut videamus Disputationis illius eventum:
quis ille? Persuasitne diabolus Luthero, ut se doctore
ac ductore uteretur? vel, an operam suam diabolo ad-
dixit, an recepit Lutherus, se dogmata sparsurum, quæ
dictaturus inspiraturusq; ipsi sit diabolus? Vel: Quem
tandem Religionis nostræ Articulum à diabolo accepit
Lutherus? an Locum de Justificatione? an Doctrinam
de Bonis operibus? an Articulum de Coena? Nullum
omnino; nihil etiam, immò, ne apiculus, quidem hac
de re ex tota illa historia, ullo vel verbulo ostendi po-
test. Quam mente igitur, & qua fronte Jesuita calumni-
am illam omnium atrocissimam Luthero beatissimæ
ac sanctissimæ memoriæ viro impingere & affingere au-
sit, ipse viderit.

*Ceterum quo Magistro usus sit Lutherus, & quo Aut re-
ardium istud Reformationis opus suscepit & peregerit
felicissimè, id alterum est de quo hac vice dicere consti-
tuit. Atque hîc occurrit quæstio diu multumq; agitata,
de *Vocatione Lutheri*, an mediata vel immediata illa ex-
titerit? Ad quam non minùs verè, quàm breviter re-
sponderi consuevit, per distinctionem utilissimam: *in-
ter commune Ministerium docendi, & singulare opus Refor-
mationis.**

Illud quod spectat, Vocatio sanè Lutheri fuit me-
diata. Ab hac enim Academia ad docendi munus le-
gitimo modo ac ratione vocatus fuit. In hac quoq; A-
cademia *Doctor Theologiae* creatus fuit, eoq; ipso potesta-
tem Sacrosanctam Theologiam, juxta Scripturas Pro-
phetarum & Apostolorum tradendi auctoritate publica
ac

ac legitima, accepit. Atque hinc est, quòd de Doctora-
tu suo toties tantaq; animi alacritate gloriatur. Inpri-
mis verò huc pertinet locus maxime insignis ex Tom:
V. Ienensi pag. 553. cujus hic, si Germanica Latine in-
terpretere, sensus: *Sape dixi, & adhuc dico, nolim equi-
dem omnes totius Mundi divitias Doctoratui meo antese-
re. Nam tandem certè omnino mihi deficiendum, & despe-
randum esset, in hoc magno & arduo negotio, quod mihi in-
cumbit, si illud errorum mare sine Vocatione & mandato su-
scepissem.*

Et Tom. VI. Jen. *Ego Doctore Martinus vocatus & Pag. 320.*
coactus fui, ut factus sim Doctor. Ibi officium Doctoris
mihi fuit suscipiendum, adeoq; in Sacram Scripturam mi-
hi omnium carissimam jurandum & promittendum, quod e-
am fideliter ac purè docere velim.

Quantum verò singulare illud Revelationis An-
tichristi opus attinet; dubium profectò nullum est, quòd
Vocatio Lutheri plus quàm mediata extiterit, & omni-
nò ejusmodi, quam meritò & jure optimo Heroicam &
ex mediata & immediata quasi mixtam planeq; singu-
larem & extraordinariam appellaveris. Etenim quale
opus, quod expeditum dedit Lutherus: talis quoque i-
psius Vocatio. Jam verò Opus illud planè Heroicum
& singulare extitit. Ergo talis quoque extitit Lutheri
vocatio, Divina nimirum, ut uno verbo dicam & com-
plectar omnia.

Neque tamen affirmanti mihi fidem adhibeat quis
velim, nisi rem totam tum sacratissimis è Bibliis: tum
ex ipsis Lutheri scriptis, ipsisq; ipsius penè visceribus te-
statissimam fecero. *Esacris igitur literis prodeant il-*
lustriora de Luthero vaticinia, partim in Veteri, par-
tim in Novo olim Testamento prodita. Ut, quòd Daniel

c. 12. Antichristum sine manibus contritum & rumoribus (vel ut est in Hebreo, חַרְוֵי וְאִסְוִיָּים) ex Aquilone turbatum iri prænunciat. Item, quòd Jeremias c. 51. de Babylone edifserit, futurum, ut eandem Ararat, Meni, & Ascenas concubcent atq; pessudent. Adde quòd Malachias non de Iohanne tantum Baptista: sed, ut partim ex textus circumstantiis, partim ex allegatione & explicatione CHRISTI Matt. 17, 11, 12. non obscure liquet; de Johanne Baptista pariter & Luthero, atque ita de utroq; Elia, secundo simul & tertio, vaticinatur: quòd eos DOMINUS missurus sit, ut convertant corda Patrum ad filios, & corda filiorum ad Patres.

Accedit huc ex Novo Testamento, quòd Archipropheta CHRISTUS ipsemet Matt. 24. post varias ac multiplices Ecclesiæ Ἰλιψεις καὶ τριψεις, quæ sub regno Antichristi futuræ erant, Evangelium in Orbe iterum prædicatum iri testatur. Accedit quòd Gentilium Apostolus, Hominem peccati & Filium perditionis, revelatum & confectum iri DOMINI spiritu, 2. Thes. 2. aperte & diserte prædixit. Accedit, quòd Apostolus & Evangelista Iohannes, post descriptionem regni Pontificii sine mora & intervallo subjicit: Se vidisse alium angelum habentem Evangelium æternum, ut evangelizaret habitantibus super terram Apoc. 14. Item c. 18. Idem post illustrem Regni Babylonicæ meretricis picturam addit: Et posthac vidi alium Angelum descendentem de Cælo, habentem potestatem magnam & terra illuminata est claritate ejus. Et exclamavit in fortitudine dicens: Cecidit, cecidit Babylon magna, &c.

Hæc fanè vaticinia ad unum omnia nostrū in Lutherum quadrare aptissimè, evētus & complementum eorum, unde, omnium celebriorum Scripturæ interpretum calculo, de illorū veritate & certitudine rectissimè judica.

judicatur, abundè comprobatur & confirmatur. Ecquis enim Babylonem Romanam oppugnavit, quis expugnavit? Lutherus in Comitatu Mansfeldico, Patre ortus Metallico, quales olim Meni & Ascenas extiterunt. Ecquis Antichristum sine manibus, id est, sine vi externa & omni armorum strepitu & crepitu contrivit? Quis illum rumoribus ex Aquilone conturbavit? Lutherus, qui in hac Aquilonari Mundi plaga in concionibus & scriptis suis plerisque omnibus clarissima altissimaque voce clamitabat: Papam esse Antichristum, qui sibi, præter fas & jus, omne dominium in Ecclesia & Romano Imperio vendiceret.

Quis Elias est ultimus, qui sese monachis & Papistis opposuit eodem zelo & spiritu, quo se Elias Thesbita Baalitis: quo se Johannes Baptista Judæis & Pharisæis? Quis ante diem illum DOMINI magnum & horribilem Mundo datus est, ut cor Patrum ad filios, & cor filiorum ad Patres converteret? Lutherus Elias noster Germanus vel tertius. Quis ille, per quem DOMINUS spiritu oris sui Hominem peccati & Filium perditionis, id est, Antichristum Romanum revelavit, prostravit, contecit? Lutherus. Quis denique novus est ille Evangelista, qui Evangelium, ex densissimis superstitionum Papisticarum tenebris in lucem denuò protulit, prolatum summa claritate prædicavit? Lutherus fuit, Lutherus fecit. Lutherus igitur verè extitit Vir *θεός υιός & υιός θεός*. Vocatio ejus cœlestis fuit, Divina fuit, extraordinaria fuit.

Si dubitatis adhuc, Auditores clarissimi, carissimi: agite: audiamus ipsa ipsius hac de re testimonia, quæ non vana & inani ex arrogantia protulit: sed ex instinctu SPIRITUS Sancti vocationis suæ asserendæ studio;

studio; & quidem non in aliena: sed ea ipsa in lingua, quæ ipsi fuit vernacula, & in qua ut alter Demosthenes vel Pericles Germanicus summe excelluit.

Anno redonatæ salutis 31. in Comitibus V Vormaticen- sibus, inter alia voce admodum devota hos gemitus protulit & ingeminavit: O du mein GOTT/du mein Gott stehe mir bey wider aller Welt vernunft vñ Weisheit. Thue du es/du must es thun/du allein/ Ist es doch nicht meine/son- dern deine Sach/hab ich doch vor meine Person alhie nichts zuschaffen/vnd mit diesen grossen Herrn der Welt zuthun/wolt ich doch auch wol gute geruhige tage haben/vnd unver- worren sein/Aber dein ist die Sach/ HERR.

Tom. 2. Germ: Jen. fol. 73. scribit ad Electorem Fridericum inter alia hunc in modum: Ich weis das mein Wort vnd Anfang nicht aus mir/sondern aus Gott ist/das mich kein Todt noch Verfolgung anders lehren wird/dencke auch/man wird es müssen lassen bleiben.

Et in pag. præcedenti 71. in fidelissima admoni- tione ad omnes Christianos, ut sibi caveant à seditione: Es ist nicht möglich/das ein Mensch solt allein ein solch we- sen anfahen vnd führen. Es ist auch ohn mein bedencken vnd rathschlagen so fern kommen/Es sol auch ohn meinen rath wol hinaus gehen/vnd die Pforten der Hellen sollens nicht hindern. Ein ander Mann ist/der das Radel treibet.

Et iterum fol. 73. Wie sol ich ihm aber thun? Ursach dringt/vnd Gott zwingt vnd rufft/Es mus vnd wil also sein/ So sey es also in dem Namen IESU CHRIS- TI des HERRN vber Leben vnd Todt.

Et fol. 70. Von meiner sach aber/gnedigster Herr/ antworte ich also: E. R. J. G. weis/oder weis sie es nicht/ So las sie es jr hiermit kund sein/ Das ich das Evangelium nicht

nicht vom Menschen / sondern allein vom Himmel durch un-
sern HERRN Jesum Christum habe / das ich mich wol het-
te mügen (wie ich denn hinfort thun wil) einen Knecht vnd
Evangelisten rühmen vnd schreiben.

Obstrepunt tamen & ogganniunt Papicolæ, ma-
ximè omniùm Papicolarum Protagonistæ, Monachi
Lojolani videlicet: Quid de Luthero, ejusq; vocatio-
ne Divina, cœlesti & extraordinaria memoras? cedo
miracula, quibus Divinam, cœlestem & extraordina-
riam suã vocationem testatã reddiderit, ubi sunt, deprome,
deprome? Hem siccine mecum agitis Jesuitæ? Sed
expectate paululum, dum me recolligam. Johannem
Baptistam divinitus & extraordinariè ad officium su-
um extraordinarium vocatum esse, extra omnem dubi-
tationis aleam positum est. Quæ verò is edidit mira-
cula, quæ prodigia unquam produxit? Nulla planè, at-
testante Scriptura clarissimã clarissimè. Sic enim extat
Joh. c. 10. *Iohannes quidem signum edidit NULLUM: O-*
mnia autem, quæ dixit IOHANNES de hoc vera erant. Et
quid moramur? An verò nullum omninò signum fecit
Lutherus? an nullum ipse edidit miraculum: Imò mi-
raculum miraculorum Quale verò illud? Non quidem
mortuos excitavit nondum mortuos, uti Jesuitæ, non
cruce se signans sicco pede per Albidos fluentia transi-
vit; non clavem templi in Albi deiecit, eamq; do-
mum reversus in pisce recepit; non raris silentium im-
posuit, ut Benno ille Misnensis; cujus ossa Divino jam
honore afficiuntur, & quasi Numen quoddam vivum
cœlitus demissum adorantur Monachij in Bavaria?
Minimè, Talia enim miracula non CHRISTI: sed An-
tichristi Regno competunt, Quod verò tandem mi-
raculum edidit Lutherus? audi Jesuita, edifferam plana
& plena voce: Misellulus hic Monachullus sine vi, sine re,

D

sine

2. Thes. 2.

sine spe, sine milite, & omnibus omnino armis ac præsi-
 diis secularibus, Regnum illud tot seculorum robore,
 tot Regum & Principum præsidio, tot Cardinalium &
 Episcoporum satellitio firmatum & communitum felici-
 ter impugnavit, feliciter oppugnavit, felicissime ex-
 pugnavit solus. Contrà verò Doctrina Lutheri per tot
 Regna, per tot regiones & provincias concitatissimo
 cursu, breviculo temporis spaciolo, fluvij rapidissimi in-
 star, longè lateq; diffusa & dispersa fuit. Gentilium A-
 postolus 1. Tim. 3. & hoc inter ὁμολογούμεως μεγάλη τῆς
 ἰουδαίας μυσήρια refert, quòd CHRISTUS prædicatus
 angelis & ipsi fides habita est in Mundo: Cur nos illud,
 quod de subito ac felici progressu doctrinæ à Luthero in-
 lucē revocatæ, jam diximus, maximi instar miraculi ef-
 se negaverimus? Et quid putas Jesuita, si consilium &
 opus istud Lutheri ex hominibus fuisset, an non jam-
 dudum fuisset dissolutum? Quia verò ex Deo fuit: non
 potuit dissolvi, ne adhuc poterit, fremente ac freudente
 Satana, totoq; ejus exercitu ex Jesuitis & Zyvinglio-
 Calvinianis collecto.

*Sed conferamus nos ad id, quod tertio & ultimo loco nobis
 dicendum restat, quodq; postulat, ut crimē Luthero ob-
 jectum, in ipsos Lutheri hostes, in Antichristum vide-
 licet Romanum & Synagogam ipsius pestilentissimam
 retorqueamus. Et hoc quidem exemplo CHRISTI Pa-
 storis & Doctoris nostri unici; cui cum Judæi objecta-
 rent, quòd sit Samaritanus & habeat diabolum: non
 modò id solidis & invictis rationibus summo Spiritus
 fervore confutavit: sed crimen quoque istud à se depulit.
 hac ἀντιπαθηγορίας seriâ ac severâ:*

*Ego demonium non habeo: sed cohonesto PATREM meum,
 & vos ignominia affecistis me. Et paulò antè, Vos ex Patre
 diabolo*

diabolo estis, & desideris patris vestri vultis obsequi. Merito igitur illud ipsum, quod Luthero objecit Jesuita Scarrarius, rejicimus in ipsum, & Patrem ipsius Pontificem Romanum, totumq; hujus Regnum, in Papatum videlicet universum, quem non à Deo, sed à diabolo Patre natum & procreatum esse, ejusq; instinctibus obsequi, cum Luthero constanter & intrepide affirmamus. Vos, qui vos sanctissimo Theologiæ studio consecraftis, legite dome Tomo octavo Librum peculiarem Lutheri, quem proximo ante obitum anno conscripsit & divulgavit hac epigraphæ: *Wider das Papstthumb zu Rom vom Teuffel gesufftet.* Ibi ex professo argumentum istud pertractatur. Nos, quia tempus præterfluxit, contenti sumus hac vice tantum aliquot *Scriptura dictis*, & aliquot *Antiquitatis historica exemplis.*

Dicta igitur *Scriptura* quod attinet, institutum sanè nostrum potentissimè evidentissimèq; confirmat Apostolus Gentilium 2. Thes. 2. ubi ex professo de Antichristo differens, *ejus adventum secundum OPERATIONEM SATANÆ, futurum, clarissimè apertissimèq; pronunciat.* Atqui Antichristum neminem esse alium præterquam Pontificem Romanum, tam copiosis ac ponderosis à nostratibus demonstratum est argumentis, ut, qui id neget, Solem in meridie lucere, negare velle videatur. Quid? In medio Papatu extitere, qui Romanum Pontificem pro Antichristo habuerunt. Unum tantum è multis audiamus, idq; ex Aventino per celebri historico. (Gregorij enim Magni, Hieronymi, Oecumenij, & aliorum Patrum auctoritatē jam adducere nolo.) Scribit ille de Mænar-

*Avent. lib.
7. p. 577.*

do Comite Tyrolensi, quòd se contra Papam Nicolaum IV. à quo excōmunicationis fulmine percussus erat, perscriptum quoddam publicum, hunc in modum excusari:

D 2

N 111

Nunquam committam, ut tam stultus videar, ut è manu manubrium mihi eripi patiar, aut memet ultro atque meos ludibrio effœminatis Antichristis, atq; prodigiosis Eunuchis esse sinam. Nemo magis Concordiam Christianam labefaciat: non sacris literis interpretandis aut ediscendis: sed liberis dant operam. Liberum amant, divitias congregant, regna, gloriam, dominationem avidissimè appetunt. Pro hisce nobiscum sanguine ovium decertant: CHRISTI paupertatem, comitum ejus simplicitatem, non solum non emulantur: sed irrident quoq; , atq; antiquare conantur. Si Antichristi non sunt, quid aliud obsecro sunt? Estne illud pasce-re oves? amare gregem? regna, opes, aliena appetere, pro gloria, dignitate digladiari, oviculas opprimere, occidere, belligerari? Christi præceptum invertunt, Donanti tunicam, & pallium vi auferunt? Quis tam ferreus, ut verius dicam, tam stolidum pectus fuerit, ut superbiam, fastum, perfidiam, fraudem, flagitia, scelera, luxum, avaritiam nebulonum æquo animo ferat? Pejores Turcis, Saracenis, Tartaris, Judæis sunt: plus his omnibus Christianæ simplicitati officiunt, libertatem CHRISTI sanguine partam, excindere conantur, dominationem arripiunt, &c.

Haëtenus Aventinus.

Firmum igitur est atque inconcussum, quòd Pontifex Romanus, SECUNDUM OPERATIONEM SATANÆ, in Ecclesia, Regnum, quod sibi fingit, suum, occupârit. Unum adhuc Scripturæ testimonium proferamus, quod in Apocalypsi Iohannis c. 17. legitur: *Bestia, quam vidisti, fuit & non est, & ascensura est de ABYSSO, ET IN INTERITUM IBIT.* Per bestiam verò illam Papatum designari, nostrates itidem confirmant solidissimè. Quis igitur ad eò simplex & obesæ naris, qui non odoretur fumum infernalem, è quo Papatus prodijt,

prodiit, & in quem rediturus est demum æternum ad
interitum?

Ceterum si ab Antiquitate historica produci tibi
postules exempla. en tibi Papas, qui diabolo sese man-
ciparunt, magiæ operam dederunt, artes diabolicas ex-
ercuerunt: *Sylvestrum* puta *Secundum*, *Benedictum No-*
num, *Gregorium Sextum*, *Gregorium Septimum*. Hos enim
omnes & singulos (ut alios silentio præteream) Cardi-
nalis Benno vel Bruno, qui vixit & scripsit eorum se-
culo, Magos extitisse testatur. In specie autem de Syl-
vestro Secundo ita scribit *Johannes Stella Venetus* ad Pa-
triarcham Aquilensem Romanæ Ecclesiæ tituli sancti
Marci Presbyterum Cardinalem: *Sylvester* Papa, ejus
nominis *Secundus*, natione Gallicus, *Gibertus* antea vocatus,
hoc anno *Gregorio* Pontifici surrogatus, sedit annis quatuor,
mense uno, & diebus octo. Hic malis artibus Pontifica-
tum obtinuit, eò quòd ab adolescentia, cum monachus ef-
set, relicto monasterio, se tunc diabolo obtulit, modò quod o-
ptabat obtineret. Et ut bonis artibus operam daret, primò ad
Hispalim Hispaniæ urbem accessit: ubi cum doctrina admo-
dum cupidus esset: ea in re tantum profecit, ut brevi optimus
Doctor evaserit: & *Othonem*, *Augustum*, atq; *Robertum*
Regem, & nonnullos alios insignes præclarosq; viros habuerit
discipulos: quorum opera primò *Remensis*, deinde *Ravennas*
Archiepiscopus fuerit factus: postremò *Romanus* Pontifex,
diabolo adjuvante, constitutus: hactamen lege, ut post ejus
obitum totus illius in anima & corpore esset, cujus fraudibus
tantam adeptus esset dignitatem. Post hoc quasi vit *Gibertus*
à diabolo, quàm diu in Pontificatu victurus esset? Respondit:
Quam diu in Hierusalem non celebrabis, vives. Postremò
quarto sui Pontificatus anno, dum quadragesimali tempore
in basilica sanctæ Crucis in Hierusalem Romæ sacrificaret,

fatose moriturum statim cognovit. Vnde pœnitentia ductus, errorem suum coram populo confessus est, rogavitq; omnes, ut corpus suum diabolicis artibus seductum, membratim detruncarent, disjectumq; ac laceratum super currû imponerent, & eo loci sepelirent, quò spontè ab equis foret vectum. Ferunt itaque Dei nutu (ut scelerati discant apud Deum vena locum sibi relictum esse, modò in vita pœnituerint) equos ipsos spontè ad Lateranensem Ecclesiam pervenisse ibidemq; sepultum fuisse.

Eat nunc Jesuita, eat ad Papas suos, eosq; à crimine, quod Luthero objectat, priùs vindicet, quàm id in illum intorquere audeat. Nos autem ex his, quæ dicta & adducta sunt hætenus, satis superq; edocti sumus: Lutherum non diabolo: sed DEO Doctore & Ductore usum esse: Papatum verò non aliunde, quàm à diabolo productum & introductum. Quare sicut Angelus Apocalypticus sonora voce cœlitus proclamat: Cecidit, cecidit Babylon magna & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis Spiritus immundi. Exite de illa populus meus, ne participes sitis delictorum eius & de plagis eius ne accipiatis:

Ita eadem tuba adhuc subinde excitandi sunt, homines miselluli, qui adhuc tenebris Papatus plus quàm Cimmeriis involuti, adeoq; seriò ac sedulò adhortandi, ut ex Babylone illa inquinatissima exeant, & unà nobiscum veram ac sinceram Lutheri Doctrinam amplectantur, profiteantur, tueantur. Hæc enim una est, quæ à diabolo ad DEUM, à peccato ad justitiam, à morte ad vitam, à condemnatione ad æternam salutem convertere ac traducere nos valet.

IATA

*Iam tibi, mi IESU, mitissime & optime IESU,
Promeritas pro Luthero persolvere grates*

*Fas erat: At neq; mens, neq; vox, neq; quicquid ubiq;
Sufficit: haeremus, sensus stupor urget hiantes.*

Tanta molis enim est hoc, & tam nobile donum!

*CHRISTE HOMO CHRISTE DEUS placido nos
adspice vultu*

Vlterius, rebusq; veni non asper egenis.

Sint, quos excitos diva virtute LUTHERI

SPIRITUS sintus agens armetq; animetq; adigatq;

In rabidos hostes CHRISTI, CHRISTIQ; LUTHERUM,

Vertice seu calvo constant, seu vertice raso.

In primis nostra haec Academia sota sub alis

Angelicis, Cineresq; fovens animumq; LUTHERI,

Floreat & servet decus immortale LUTHERI,

Vt verè sit veri Academia vera LUTHERI.

Hoc precor, hoc voveo; votis DEUS annuat ultro,

Annuat & totum nutu huc inclinet Olympum!

D I X I.



ORA



ORATIO SECUNDA,
 Adversus Calumniam Iesui-
 tarum alteram, qua Lutherum insimulant,
 quasi in Magistratum injurius fuerit, sum-
 méque contumeliosus.

*Habita in templo Arcis Calend. Mart. in re-
 nunciatione novi Rectoris.*



ADVENIT TANDEM ALIQUANDO,
 Auditores omnium Ordinum præstan-
 tissimi, lectissimi, advenit, inquam, tan-
 de aliquando illud tempus, & illuxit il-
 la dies, mihi certè exoptatissima desi-
 deratissimaq; qua ingens onus superiori
 autumno mihi impositum, rursus deponendum & trans-
 ferendum in hunc clarissimum consultissimumq; Vi-
 rum, quem lateri meo jam assistere cernitis universi.

Causam itaque habeo non exiguam lætandi, exul-
 tandi, mihiq; ipsi toto pectore gratulandi. De AEschi-
 ne accepimus, quod in exilium ejectus lætari se dixerit,
 quòd liberatus sit ab Attica Republica, tanquam à ra-
 biosa cane. Quid nos dicemus? Rabies profectò in-
 fernalis illius Cerberi Satanæ hodie tantò est vehemen-
 tior, quantò propiùs gloriosissimum illum Judicij diem
 instare animadvertit, Apoc. 12.

Nolo

Nolo equidem prolixam instituere querimoniam; hoc tantum dico, Reipublicæ administrationem, non solum valde laboriosam: Verum etiam maximè periculofam esse; Id quod vel ex hoc apophthegmate Chryssippi æstimare licet, qui interrogatus, Cur Rempubl. non administraret, respondisse fertur: Quia si mala est administratio DE O S: Sin verò bona, homines offendit:

Sed ne justo diutiùs in vestibulo orationis subsistam: statim (id quod etiam omnium rerum primum) confero me ad DEUM in unitate Trinum: & in Trinitate Unum, eiq; gratias, quantas animo concipere, oreq; proferre possum maximas, ex intimis cordis mei penetrabilibus ago, brevi hoc melydrio:

*TIBI litandum carmine debito,
PATER Creator, quod procul hinc luem
Exesse jussisti, & vigorem
Corporis ac animi dedisti.*

*TIBI litandum est carmine debito,
FILII Redemptor, quod Satana trucis
Coercuisti bellicosos,
Cunctipotentem manu, furores.*

*TIBI litandum carmine debito,
Sacræ FLATUS, Numine quod tuo,
Nostri benignus adfuisi,
Consiliis Procerum Lycei.*

*TIBI litandum carmine debito
TRIA ster-alma & ter sacra: quod sumus
Et quod vigemus: istud omne
Muneris essetui, fatemur.*

*PATER CREATOR, NATeq; cum PATRE
REDEMTOR & TU SPIRITUS Enthee
Isthoc Athenæum deinceps
Vlterius stabili foveq;!*

E

Jam

Jam verò id aggrediendum, cujus potissimum gratia huc congressi sumus. Quale verò illud? Novus, Auditores, novus, inquam, renunciandus & commendandus est vobis Rector: Id quod à Majoribus nostris sapientissimis sapientissimè sancitum atq; constitutum fuit. Verba constitutionis in veteribus statutis Friderici Electoris, in cap. de electione Rectoris, ejus qualitate & jurejurando hæc sunt: *Electus Rector mox Universitati specialiter ad hoc convocata publicetur. Investitur à Predecessore per traditionem signi, clavis, Capicij & Statutorum.*

Antequam autem ad ἔργον istud primarium accedamus, placet, imò de more & consuetudine hætenus recepta, decet ac par est, παρῆργον quasi loco, breviusculam præmittere oratiunculam. Cogitanti autem mihi de materia, quæ huic loco & actui, quo fascēs Magistratus Academici deponendi, & committendi sunt alteri; apprimè esset accommodata: in mentem venit non planè ἀποσπείονυστον futuram, si de Magistratu aliquid verborum faciam.

Sed hic, in primo statim aditu, viam nobis intercludere, ultimum illud diaboli extremum, Jesuitæ conantur. Quid ita? Lutherum (at quem Virum?) gravissimo hoc insimulant crimine, quasi in Magistratum injuriosus fuerit, & summè contumeliosus. Gravis profectò insimulatio, si modò vera. An autem vera sit hac jam in eunte videbimus oratione, quæ in his duabus versabitur partibus:

In quarum priori à crimine isto Lutherum vindicabimus: In posteriori crimen istud in Idolum Jesuitarum, Papam intelligo Romanū, ejusq; satellites & Parasitos Iesuitas retorquebimus.

Vos omnium Ordinum Clarissimi Lectissimiq; Auditores, annuite, & mihi pro Luthero, qui vobis omnibus

bus.

bus vel oculis carior, apologiam meditantibus ad unius saltem semihorulæ spatium, attentionem ne denegetis.

Inter reliquas calumnias, quibus effrons illa Jesuitarum factio, Lutherum sanctissimæ ac beatissimæ memoriæ Virum deformare ac prægravare solet, suorumq; hominum odia in ipsum accendere; non postrema hæc est, quod asseverare non verentur, Lutherum Magistratus, & in his summos Imperij Monarchas contemptui habere, maledictis incessere, & pedibus quasi proculcare.

Studiofis Theologiæ constat ex præfatione Bellarmini in secundam controversiam generalem, quæ est de membris Ecclesiæ militantis, quod Cardinalis iste non apertè quidem ausit id tribuere Luthero: Pro suo tamen odio plusquam Vatiniano in Lutherum & Lutheranos, non potest non intermittere, quin scribat: *adulari modo Lutheranos Laicis* (Hoc scilicet termino totius Scripturæ ignoto, Magistratus sacratissimam DEI Ordinationem insignire cõsueverunt Romanæ bestię adoratores) *iisq; abblandiri*, reverâ autem in eodem censu cū Anabaptistis habendos. Sic enim eo locj blaterat impudens Jesuita: *Sed enim haud scio, plusne Laicis Anabaptista noceant vexando, ac detrahendo, an cumulando & blandiendo Lutherani.*

Ceterum quod Bellarminus cato sub pectore clausū retinuit: id omne expectoravit & uno quasi spiritu effutijt futilis & inutilis ille Pistor & apostata nequissimus in *Alcorano* suo, atq; ex hoc iterum in *Honorario* suo Jesuita Gretserus & aliæ Ranæ Apocalyptricæ, quæ uno ferè sono tonoq; coaxant: Lutherum fuisse Therfiten, id est, Magistratus & Ordinis Politici hostem, persecutorem calumniatorem, & quid non?

B 2

Verum

Verùm enim verò calumniam hanc Luthero præter meritum affingi, apud omnes Veritatis Candidatos tam est in proclivi, quàm pluvia, cum est imber. Et sanè si id operosè ac copiosè demonstrare vellem: nihil equidem facerem aliud, quàm si probare vellem, nivem non esse nigram: sed albam: Corvum non esse album: sed nigrum. Sed tamen ut vanitas & inanitas calumniæ istius Jesuiticæ ad oculum appareat; exspatiemur paululum in Tomos operum Lutheri, quidq; is de Magistratu senserit, scripserit, dixerit, dispiciamus.

Hic autem in *Secundo* statim Tomo sese offert Scriptum illud Lutheri verè aureum ac gemmeum, & si quid auro gemmisq; pretiosius, scriptum, inquam, *de Magistratu Politico*, deq; obedientia illi præstāda. De quo sanè Scripto non equidem meum ipsius exponam iudiciū, ne forsan affectui aliquid tribuere velle videar: Sed ad hunc me convertor, hunc alloquor, hunc appello, cuius exuviæ sacratissimæ hic prope pedes meos humo mandatæ jacent: cuius effigiem ipso aspectu venerabilem hic in conspectu habemus, qui hanc Academiam, qui hanc arcē, qui hanc clædem, in qua jam versamur, fundavit, extruxit, splendidissimè exornavit, FRIDERICUM, inquam, cognomento Sapientem, qui cùm Scriptum hoc legisset; ilicet præ læticia quasi exultavit, & & sublatis in cœlum manibus suo Creatori ac Redemptori DEO gratias persolvit summas, quòd jam ope istius Scripti ex sacris Literis cognitum sibi atque exploratum habeat, quòd constitutus sit in ejusmodi Ordine ac statu, qui DEUM autorem habeat, & in quo bona conscientia versari, Deoq; placere possit.

Transeamus ex secundo Tomo in *Sextum*, ubi statim folio sexto in nostrum obviam quasi procedit conspectum

Etum

ctum Apologia Lutheri contra Georgium Ducem Saxoniae, qui ipsum seditionis accusabat, in quo tractatu crimen, quod ipsi hodie à Jesuitis objicitur & exprobratur, tanta vi & dexteritate à se depellit, ut nesciam, an solidius & nervosius quicquam eo in genere scribi & edi possit. Alia istius notæ scripta & conciones in cæteris Tomis passim obviæ sunt: Imò nullus, nullus, inquam, est ex Tomis ad unum omnibus, in quo non præclaræ atque eximiæ sententiæ & doctrinæ de Ordine Politico literis consignatæ extent.

Et quis, quæso, Viri Jesuitæ, quis unquam ille fuit, Jesuita ne, vel Capucinus, vel alius aliquis ex Thaidis Babylonicæ lenonibus & mercatoribus, qui se summo fervore Spiritus tumultuantium Rusticorum insaniam Anno 25. opposuit? quis eos inde abstergere, in officio continere, Magistratus Politici auctoritatem ex Scriptura astruere ac tueri maximoperè allaboravit? Lutherus fuit, Lutherus fecit. Legite tertium Tomium Jenensem Germanicum, & rem ita se habere manifestè deprehendetis. Atque hinc est, quod Heros ille Theologicus, Heroico quodam impetu de se gloriatur, sexto Tomo Jenensi in Apologia, modò nominata. Recitabimus verba ipsius *ιδιογλωσσως*:

Wann ich D. Martinus sonst nichts guts gelehret noch gethan hette/denn das ich das Weltliche Regiment oder Obrigkeit so erleucht vnd gezieret habe/ So solten sie doch/ des einigen stück's halben/mir dancken vnd günstig sein/weil sie allesampt / auch meine ergeste Feinde wol wissen / das solcher Verstand von Weltlicher Obrigkeit / vnter dem Papstthumb nicht allein vnter der Banck gelegen: Sondern auch vnter aller stinckenden/lausigen Pfaffen vnd Mönchen vnd Bettler füssen hat müssen sich drücken vnd treten lassen/denn
 E 3 solchen

solchen ruhm vnd ehre habe ich (von Gottes gnaden) davon/
 Es sey dem Teuffel vnd allen seinen Schuppen lieb oder leid/
 das seind der Apostel zeit/ kein Doctor noch Scribent/ kein
 Theologus noch Jurist, so herrlich vnd klerlich die Gewissen
 der Weltlichen Stände bestetiget/ vnterrichtet vnd getrostet
 hat/ Als ich gethan habe/ durch sondere Gottes gnade/ das
 weis ich fürwar. Denn auch S. Augustinus/ noch Ambro-
 sius, (die doch die besten sind in diesem stück) mir nicht gleich
 hierin sind. Des rühme ich mich/ Gott zu lob vnd danck/
 dem Teuffel vnd allen meinen Tyrannen vnd Feinden zu leid
 vnd verdries/ vnd weis/ das solcher ruhm warhafftig/ vnd
 beyde für Gott vnd der Welt mus bekand sein vnd bleiben/
 solten sie auch toll vnd töricht drüber werden.

Quæ cum ita sese habeant, an non impudentiæ &
 mendacii notam sibi ipsis inurunt Jesuitæ, quod Luthe-
 rum Cæsaromastygem, & Magistratus Politici Contem-
 torem fuisse, clamitare non erubescunt. Est profecto
 DEUS, qui & in vobis, exercitissimi mendaciorum &
 calumniarum architecti, comprobabit istud Psal. 5.
*Non volens iniquitatem DEUS tuus: non habitabit tecum
 malus. Non consistent coram oculis tuis arrogantes:
 odisti omnes facientes iniquitatem. Perdes loquentes
 mendacium, virum sanguinum & doli abominabitur DO-
 MINUS!*

Sed tamen ut suis hominibus fucum faciant Patres
 & fratres illi Lojolani, exempla nobis obvertunt Ca-
 roli V. Imperatoris, & Ferdinandi Regis Romanorum,
 Georgii Ducis Saxonix, & forsan etiam HENRICI
 VIII. Regis Angliæ, quos nimis duriter tractasse & ex-
 agitasse Lutherum, contendunt.

Sed responsio facilis est & expedita, si modo atten-
 datur.

datur, quo respectu aliquantò vehementiùs in illos stylum strinxerit Lutherus. Quo verò? *Non quatenus Magistratus civilis* fuerunt. Hunc enim Ordinationem esse Divinam: hunc debito honore prosequendum: hunc in summo pretio habendum, omni asseveratione, confirmavit Lutherus: Imò etiam Ethnicum Magistratum debito & decente modo colendum esse, eiq; obediendum docuit. Verùm, quando Magistratus illi Evangelij cursum impedire, ejusq; Professores persequi eòq; (quò hodie Jesuitæ) sua referre consilia, ut nimirum Ecclesia & Evangelium funditus opprimerentur, exterminarentur, delerentur: ibi tum in conatus hosce impios stylum strinxit suum Lutherus noster, eorumque auctores seriò ac severè, ab ejusmodi molitionibus Christiano Magistratu indignis, fidelissimè dehortatus est.

Nec aliter facere potuit Elias isthic tertius, ad difficilimum istud Reformationis opus, peculiari afflatu Numinis Divini excitatus. Sic enim edoctus erat à Petro & reliquis Apostolis, qui intrepidè respondebant Magistratui Hierosolymitano: Oportet DEO obedire magis, quàm hominibus. Et in illo veteri rectè dicitur: PIETAS, SANCTITAS, FIDES privata bona sunt, quæ juvat, Reges eant. Imò ab ipsomet Doctore Doctorum JESU CHRISTO didicerat, quòd Cæsari sint reddenda, quæ sunt Cæsaris, ita tamen, ut Deo reddatur id, quod debetur Deo. Utrumque Lutherus fecit: Veram ac sinceram religionem adversus omnes Monarchas; Reges & Principes, absq; ulla προσωποληψία, quæ hac in re divinâ à Viro Theologo abesse debet quàm longissimè, stilo & ore constanter & intrepidè defendit, ut redderetur Deo, quod est Dei, id est, ut ei & verbo ejus honos suus constaret. Interim:

Interim tamen etiam Cæsari dedit, quæ erant Cæsaris. De Cæsare enim Carolo V. de Fratre Ferdinando, de Henrico Angliæ Rege, de Georgio Duce Saxonix præclare scripsit, præclare sensit.

Etenim quo affectu fuerit in Cæsarem Carolum V. testatur hæc honestissima de ipso judicia & pronüciata, ut Tomo primo Jenen. Ger. i. 288. Gott hat vns / inquit, ein junges edles Blut zum Heupt geben / damit viel herken zu guter hoffnung erwecket / daneben wil sichs ziemen / das vnser dazu thun / vnd der zeit vnd gnade nützlich brauchen.

Idem de eodem Anno millesimo quingentesimo, tricesimo piè admodum scripsit: Last vns Gott bitten / das er seine gnade wolle geben auff ihigem Reichstag / vnd den guten frommen Keyser Carol / der wie ein Bnschuldiges Lämblein / zwischen viel solchen Sewen vnd Hunden / ja zwischen viel Teuffeln siset / seinen H. Geist mit krafft verleihen / frieden vnd gutes Regiment anzurichten in Teutschland / damit wir allesampt der Kuten entfliehen mögen / die vber vnser Heupt schon gebunden ist.

Ferdinandum Regem quod attinet; Epistola sanè huc referri posset, quam Monarcha isthic sanctissimæ recordacionis Anno supra millesimum quingentesimum tricesimo septimo Calendis Februarij Oeniponte ad Lutherum perscripsit, quâq; clarissimè testatum reddidit, se Lutherum non pro tali Thersite habere, qualem ipsum Jesuitæ sine omni fronte proclamant.

De Henrico octavo Angliæ Rege ita Osiander Centuria 16. f. 25. Fuit hic princeps varij ingenij homo. Nam & Pontificem Romanum negavit esse caput Ecclesie: sibiq; ipsi hanc dignitatem attribuit: & nihilominus Pontificios cultus Divinos retrixit, atq; contra D. Lutherum libellos edidit.

Respondit

Respondit illi Lutherus masculè: cumq; postea Lutherus (ab amicis persuasus) leni scripto eum in viam reducere vellet, à Rege est exsibilatus.

Et iterum folio 82. Ne Luthero adversarij deessent, scilicet, etiam Henricus octavus, Rex Angliæ, edito libro Lutheri doctrinam de Indulgentiis, & de Sacramentis Ecclesiæ oppugnat. Hoc suo labore meritus est novum titulum, ut à Pontifice & Cardinalibus Defensor Ecclesiæ nuncuparetur. Lutherus verò: nulla habita Regia dignitatis ratione acerrimè Regi, ut meritus erat, respondit. Hactenus Osiander.

Respondit igitur Lutherus Regi Angliæ satis quidem acerbè satisq; duriter, idq; nemo nostrum inficiatur, nec inficiaturus unquam est. Sed respondit ei, ut jã audivimus, ut meritus est, id est non propriè ut Regi, vel ut Magistratui Politico: Sed ut ἀλλοτρίων κινήσει, ut hosti veritatis cælestis, ut abominationum Papalium propugnatori, & ut uno verbo dicam, ut ejusmodi Regi, qui muneris & officij Regij oblitus, se iis immiscebat rebus, quas non intelligebat, quæq; ad suam Professionem nullo planè modo spectabant.

Denique Georgium Saxonie Ducem quod attinet, fuit is aliàs Princeps optimus & laudabilis: Sed idolomania Pontificiæ plus justo addictus, Nec tantum hoc: verum etiam doctrinam Evangelij, ejusq; socios & discipulos omnes gravissimè persequabatur. Ab hoc instituto crudeli & tanto Principe planè indigno, eum dehortari conabatur Lutherus, & quidem initiò Spiritu mansuetudinis, sicut luculenter patet ex epistola perquam amica & blanda, ad eundem à Luthero per scripta Tomo tertio Ienens. German. f. 171. ex qua hunc sequentem paragraphum notatu maximè dignum hinc recitare placet: Was ich aber thue / des beruff ich mich auff Gott / so viel mein Herrg mir sagen kan / das ich E. J. G. zum besten

besten aus meiner pflicht vnd schuld thue/die mich bringt/ zu
verhüten vñ zu verwaren E. J. G. Seelen fehrlichkeit/ welechs
ich auch meinen Feinden schuldig mich erkenne zu thun. Es
neme mit E. J. G. an (das Gott gebe) ~~aber~~ nicht (da Gott
für sey) So solt doch E. J. G. in kurzer zeit erfahren/ das
ichs besser mit meiner herresten Schrifft gemeint habe/ vnd
noch meine / denn alle die/ so sezt E. J. G. höchlich preisen/
auch weidlich heuchelen. So komme ich nu/ vnd falle mit
Herzen E. J. G. zu fusse / vnd bitte auffs aller demütigst /
E. J. G. wolte doch noch ablassen von dem vngnedigen für-
nemen/meine Lehr zuverfolgen / Nicht das mir viel schadens
müge geschehen / durch E. J. G. Verfolgunge / Ich habe
nicht mehr zuverlieren / denn diesen armen Madenjack / der
doch nun teglich zum Grabe eilet.

So habe ich auch wol einen grössern Feind/ nemlich/
den Teuffel / mit allen seinen Engeln / vnd Gott hat mir
doch den Muth bisher geben (wiewol ich ein armer gebrech-
licher sündiger Mensch bin) das ich bin / für ihm bleiben.
Vnd wenn ich solte meinen nutz suchen/ so kan mir nicht bas
geschehen/denn das ich hart verfolgt werde. Denn wie treff-
lich mir die Verfolgung bisher genüzet hat/ kan ich nicht er-
zelen/ das ich billich meinen Feinden darumb dancken soll.

Vnd wenn mir E. J. G. Unglück lieb were/wolt ich
E. J. G. auch weiter reizen/ vnd wünschen / mich immer
mehr zu verfolgen / Aber das ist gnug gewesen / E. J. G. hat
sich wol beweisert / Nu ist zeit anders zuthun/ denn wiewol E.
J. G. nicht wil glauben / das meine Lehre Gottes Wort ist/
denn so wüste sie sich selber wol zu weisen/ vnd dürffte meiner
Bermanung nicht: Weil ichs aber weis/ vnd bins gewis /
Mus ich bey fehrlichkeit meiner Seelen für E. J. G. See-
len sorgen/ stehen vnd ermahnen/ ob ich kont etwas aufrich-
ten.

Ad

Ad hanc verò Epistolam humilimè & humanissi-
me perscriptam, Dux Georgius respondet per aliam,
quæ habetur eodem Tomo f. 139. in qua Lutherum non ut
Theologum: sed ut Sycophantam & hæresiarcham,
nocentissimum tractat & exagitat.

Quia igitur Lutherus vidit, se *virga*, quæ vocatur *de-
cus*, nihil proficere; quis ei vitio verteret, quod *alteram vir-
gam*, quæ vocatur *funiculus*, (Zach. ii.) adhibuerit? idq;
juxta Leges methodi in Theologia practicæ, quam to-
ties & tam seriò SPIRITUS S ANCTUS sacris in lite-
ris nobis commendavit. In primis verò Psalmo 149. de
ministris Evangelij N. Testamenti, quorum post Apo-
stolos facilè Princeps extitit Lutherus, scriptum extat:
Quod non solum *exultationes in gutture eorum*, quòd
etiam *gladij ancipites in manibus eorum*, ad faciendam *vin-
dictam in gentibus*, *increpationes in populis*; ad alligandos
Reges eorum in compedibus, & *nobiles eorum in manicis fer-
reis*.

Nec tamen ex privato quodam affectu hac in re
quicquam fecit Lutherus, vel studio animum explen-
di suum; absit. Contra id enim ubique solemniter pro-
testatur, seque in medio scriptionum istarum æstu, be-
nevolo animo esse in Ducem Saxonix, apertè profite-
tur. Potissimùm verò sexto Tom. Ien. f. 8. Ubi inter alia
hæc verba, de ea re ponit: Das sind die drey Stücke
in meinem Brieffe / die Hertzog Georgen vielleichte be-
wegt vnd erzürnet haben / das er mich auffrührisch schilt/
vnd gegen meinen Landesfürsten verklaget / vnd findet sich
doch keine schuld drinnen / die er mit gutem grunde auff mich
möge bringen / sondern offenbahret damit sein heßiges /
F 2 bitters/

bitters / giftiges Herz gegen mir / das mus ich sin lassen / weil
ichs in nicht kan nemen / noch bessern / Wenn aber wüandschen
vnd gunst hülffe / wolte ich ihm gern ein ander herz wüand-
schen vnd gönnen. Denn ich habe / Gott sey Lob vnd danck /
kein bitter noch böse Herz / weder gegen ihm noch einigem
Menschen hie auff Erden.

Sed satis de priori hujus Orationis parte.

Sequitur ut in posteriori ejusdem parte crimen istud,
quod Jesuitæ in Megalandrum illum integrum vitæ
scelerisq; purum torquere audent, in ipsum Papam Ro-
manum, ejusq; conjuratos satellites, Jesuitas puta, re-
torqueamus.

Perutilis certè & summè salutaris ordinatio **DEI**
est Magistratus, & præsertim pius & Christianus, quales
olim extitere Davides, Josaphat, Assa, Ezechias, Josi-
as: Et in Ecclesia N. Testamenti Constantinus Magn.
Theodosius, Martianus, Tiberius Secundus: Et seculo
proximè elapso, hi quorum effigies hîc oculis nostris
contuemur, **FRIDERICUS** Sapiens & **JOHANNES**
Pius, Duces & Electores Saxonîæ, eorumque posteri
& successores omnes & singuli.

Quis enim Ecclesiam in his terris militantem, post
CHRISTUM Spensum & hyperaspisten ejus unicum,
adversus hostium insultus tuetur & defendit? Magistra-
tus: Quis verbum **DEI** purè & sincerè doceri curat? Ma-
gistratus: Quis justitiam & concordiam inter homines
fovet & conservat? Magistratus: Quis est, cui post **DE-**
UM immortalem acceptum referendum, quòd quisque
sub vite & ficu sua sedet, id est, res fortunasq; suas quie-
tè possidet, & partes vocationis suæ sine impedimen-
to & incommodo exequitur? Magistratus: Quis probos
præmiis,

præmijs, quis improbos pœnis afficit? Quis, ut uno omnia complectar verbulo, Pater patriæ, Pastor populi Magistratus.

Odoratus est id Leviathan ille Infernalis Satanas, ideoq; omnibus ferè temporibus monstrosa excitavit ingenia, quæ partim pilo & pugna: partim stilo & lingua Ordinem Magistratus Civilis honoratissimum impugnarunt & infectata sunt. Nihil jam dicam de Montanistis veteribus: Nihil quoque edisseram de Montanistis recentibus Anabaptistis, & eorū *οὐρανοκράτας* Rusticis furore & œstro percitis? Hoc verò tacitus præterire nec possum nec debeo, quòd, mox Constantini Magni tempore, in Conciliabulo quodam Romano impius & absurdus isthic Canon consutus fuit. *Clericus curiam non intret ob quamvis suam causam.* Cur verò? (Auditum admissi risum teneatis amici) *quia Curia dicta est à cruore.* Et in Concilio Eliberide civitate Hispaniæ, circa idem tempus habito, Canone ultimo, promulgatum fuit decretum: *Magistratum verò anno, quo agit Duum-viratum, prohibere placet, ut se ab Ecclesia cobeat.*

Facta hæc sunt quarto statim seculo à nato CHRISTO, cùm adhuc Patres Orthodoxi viverent, scriberent, docerēt, quid dicam de tempore post sub-secuto, Patribus Orthodoxis jam sublatis & ad meliores translatis? Antichristus ille Romanus in templo DEI sese collocavit, ostentans seipsum ut DEUM 2. Thes. 2. Profectò hic est, hic, inquam, est Dux & Antesignanus factionis illius flagitiosæ, de qua Judas in sua Epistola jam olim hæc memoriæ proditam reliquit memorabilem Prophetiam: *Dominos spernunt, in potestates maledicta congerunt.* Imò hoc unum est ex signis, quibus Antichristus in ve-

xillo quasi suo usus. *Dominabitur* (inquit Daniel c. ii.) *in recondita auri & argenti, & in desideratissima Aegypti.* Et Apocalypsi 17. scribit excellentissimus Evangelista & Apostolus Iohan. de Regibus terræ, quod *tradituri sint vires ac potestatem suam Bestiæ*, id est, Antichristo Romano. Et mox iterum v. 17. *Deus dedit corda eorum*, scilicet Regum, *ut faciant, quod placitum est illi, ut dent regnum suum bestiæ, donec consumarentur verba Dei.*

O Divine Johannes verè ac nimis verè hæc prædixisti, ! verè Reges terræ vires & potestatem suam dederunt bestiæ illi Romanæ: verè illi fecerunt, quod Bestiæ huic sceleratissimæ placitum. Papa n. Rom. intolerabili & planè diabolicâ audacia, astutia, vi & crudelitate sibi summos etiam Imperatores & Monarchas subjugavit, adeò, ut demum omnes Europæ Potestates non tantum pro Vasallis & Feudarijs suis: sed etiam pro vilissimis mancipijs habuerit.

Testatur id monstruosum & infelix illud Commentum, quod Jus Canonicum appellari consuevit: testantur Canonistarum in istud Commentarij, testatur lux illa veritatis & nuncia Vetustatis Historia.

In Jure Canonico hæc habentur Emblemata:
Super gentes & regna Rom. Pontifex à Domino constitutus est.

Habet utriusq; potestatis, temporalis nempe & spiritualis monarchiam.

Ex necessitate salutis credendum est Papæ Rom. omnem creaturam subjectam esse.

Oportet Imperatorem Papæ præstare juramentum fidelitatis.

Imperatores tenentes frenum equi Papæ, pro reverentia Divi Petri, stratoris officium illi exhibeant.

Imperium

*Imperium non præest Sacerdotio: sed subest, & ei obedire
venetur.*

Episcopus non debet subesse Principibus: sed præesse.

*Papa superioritatem habet in imperium, & vacanti im-
perio Imperatori succedit.*

*In Commentariis verò Canonistarum hæc leguntur ra-
pαιτολογίαι:*

*Papa solus & sine concilio potest Imperatorem depo-
nere.*

*Papa est Judex universalis, Rex Regum & Dominus
dominantium.*

Omnes potestates Papæ subditæ sunt.

*Papa tenet monarchiam totius mundi, & utrumq; gla-
dium.*

*Papa major est Imperatore, nec potest ab Imperatore
judicari.*

*Papa major est Imperatore dignitate, plus quàm au-
rum plumbo.*

*Imperator Pontifici equum ascendenti stapedem tenere
debet & accepto freno, per aliquos passus ducere debet.*

*Imperator in convivio aquam Papæ manibus ad lotio-
nem præbere debet.*

Denique si historiarum monumenta perlustremus:
Deum immortalem, quàm crebra, quàm atrocía Pon-
tificiæ crudelitatis in optimos ac præstantissimos Impe-
ratores Romanos passim occurrunt. Videamus tan-
tùm unum atque alterum.

Quis Fridericum Babarossam pede collo ejus illiso
calcavit Venetijs, hoc ipsum sarcasmo perquam acerbo
ex Psal. 91. alloquens: *Super aspidem & basiliscum ambu-
labis?* Alexander tertius Papa Romanus.

Quis

Quis eundem Imperatorem fortissimum, æternaq; memoria dignissimum Sultano Aegyptio captivandum prodiit? Idem Alexander III. Pontifex Romanus. Ba-
laus f. 251.

Quis Henricum quartum Canusij in Italia, ante ar-
cem, duas inter portas, media hyeme cum uxore & par-
vo filiolo, à prima luce summam ad vesperam laceris
vestibus, pedibus nudis, jejuno stomacho, stantem, ge-
nua flectentem, supplices manus tendentem, pro ludi-
brio & deridiculamento habuit? Gregorius septimus
Papa Romanus. Quis adversus eundem Imperato-
rem nunquam satis laudatum, filium concitavit, eoq;
rem adduxit, ut pater à filio contra fidem publicè da-
tam caperetur, coronâ & ceteris insignibus imperiali-
bus ad unum omnibus exueretur, in carcerem detru-
deretur, præ mærore extingueretur, ex sepulcro effode-
tur, totum per quinquennium inhumatus relinquere-
tur? Urbanus secundus, ejusq; Successor Paschalis se-
cundus, Papæ Romani.

Sed obijciat forsan aliquis, quid hæc vetera, & ali-
quot retrò seculis à Pontificibus Romanis gesta com-
memoras? Alia jam sunt tempora, aliis jam in Aula
Romana vivitur moribus, posteaquam sanctissimi &
religiosissimi illi homines Jesuitæ nati & creati. His pro-
cul dubio crudelitas illa non probatur, cum his tibi di-
micandum, hi istius criminis, quod hæctenus Pontifi-
cibus Romanis exprobrâsti, convincendi sunt. Age-
dum mi homo, quisquis es, auscultra tantum paulisper,
quôque animo Jesuitæ sint in Magistratus etiam sum-
mos, tum ex scriptis, tum ex factis ipsorum abundè & per-
spicue cognosces.

Scripta

Scripta Jesuitarum si evolvas: ea sanè ad hunc præcipuè scopum collimare & collineare deprehendes pleraq; omnia, ut vel evincere audeant, *Papam habere summam temporalem potestatem*, sicut contendit *Bellarminus* agminis istius Suitici Goliathus *lib. 5. de Pontifice Rom. c. 6.* aut ut subditis persuadeant, *non licere Christianis tolerare Regem, qui non sit Pontificiæ religioni addictus*, quem admodum idem Bell. disertè & aperte affirmat *eodem libro c. 7.* Imò id ipsum inter alia, fundamenti loco ponit, è quo suam hæreticissimam opinionem de potestate summa temporali Papæ astruere allaborat; aut ut subditos in cædes suorum Magistratuū arment & instigent, sicut patet vel ex hoc uno Iohan. Marianæ in libro primo de Rege c. 7. *Quid interest ferro, an veneno perimas: hoc tamen temperamento me Autore, uti licebit, si non ipse qui perimitur, venenum haurire cogitur; quo concepto pereat: Sed exterius ab alio adhibeatur, nihil adjuvante eo qui perimendus est.* Et in fine capitis istius concludit: *In ejus (scilicet Regis) vitam grassari, quacunq; arte concessum, ne cogatur tantum ciens aut imprudens sibi conscire mortem.*

Ceterum quæ sanguivolenti Lojolitæ scribunt, ea quoque factis exprimunt comprobantq; ; sicut testantur exempla, quæ vel hac nostra ætate contigere.

Quis Henricum quartum Galliæ Regem siccâ petiit, quis ipsi præsentissimam mortem intentavit? Iohannes Chastello Iesuita. Quis Anglum Edvardum Squire veneno instruxit, quod Reginæ Angliæ non edendum quidem aut bibendum præberet: sed quo scellam tantum ita inungeret, ut ex ejus contactu uterq; moreretur? Richardus V Valpot Iesuita. Quis fassus est, se conscium fuisse machinationis cum pulvere tormentario adyer-

sus Regem Angliæ Jacobum & Regni totius Proceres,
& pro ejus rei felici successu preces habuisse? Garnetus
Jesuita.

Ite igitur Jesuitæ, ite, trabem istam ingentem atq;
immanem, trabem inquam perfidiæ & crudelitatis ve-
stræ in ipsos terræ Clypeos ex oculis vestris extrahite, si
potestis, Lutherum calumniis ac maledictis incessere
desistite: & si adhuc vel unica pietatis micula in vobis
est, hoc tantummodo expendite, an tale quid Luthero
adversus ullum, vel infimi etiam gradus, Magistratum
in mentem venerit unquam, quale ordinis vestri fratel-
li ac socij in potentissimis & augustissimis Regibus pa-
trare non exhorruerunt.

*Tu verò ô eterne & misericors Deus aperi tandem aliquan-
do Regibus & populis, qui adhuc tenebris Abyssæ Pontificiæ cir-
cumfusi sunt, aperi, inquam, ipsis oculos, ut videant, quo ge-
nio & ingenio præditi sint Jesuitæ: Et sicut hætenus necentif-
simum istud genus hominum ex his provincijs & regionibus
exesse jussisti: Ita & deinceps eos exesse jubeas quàm longissi-
mè, nosque nostrosq; posteros in Lutherana Religione constan-
tes conserva. O DOMINE da quoque pacem in die-
bus nostris, quia non est alius, qui pugnet pro nobis, nisi
Tu Deus noster. Da nostro Imperatori & Electori, si-
mulq; omnibus, qui in sublimitate constituti sunt, concordi-
am, & felicem gubernationem, ut sub ipsorum tutela, quie-
tam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & casti-
tate, per & propter FILIUM tuum dilectum, cui tecum & u-
nâ cum SPIRITU SANCTO sit laus, honor & benedictio
seculis infinitis. AMEN.*

Renun-

Renunciatio novi Re- 43 ctoris.



Eterum hoc *παράδειγμα* quasi absoluto, jam expediamus *ἔργον* id, cujus gratiâ Comitia isthæc Academica, hodierno die, potissimum instituta sunt. Vobis igitur, Cives Academici (sed hoc Tu mi **CHRISTE**, mi **JESU** felix, faustum & toti Academix auspdatum esse jubetas,) Vobis, inquam, Cives Academici, publicè jam significo, **VIRUM** hunc excellentissimum consultissimumq; Dominum **LUCAM BECMANNUM** J. U. Doctorem perquam eximium, & hujusdem in Academia hac Professorem publicum &c. Amicum & Collegam nostrum maximè plurimumq; honorandum, concordibus suffragiis totius Senatûs Academici electum & creatum esse, in hoc semestre æstivum, Republicæ hujus litterariæ Rectorem & Governatorem. Et quamquam dubium nobis nullum est, Vos singulos & universos Rectorem hunc vestrum obedientia ac reverentia complexuros esse eâ, ad quam jurejurando solemniter præstito obligati & devincti estis: Tamen quia corruptissimo hoc seculo, quo mali mores, ut herbæ irriguæ, Plautina phrasi, creverunt, non pauci utiq; sunt, qui susq; deq; habent, quid duobus appositis ad tabulam digitis **DEO** & Magistratui Academico religiosissimè jurarunt; hanc duntaxat in memoriam vobis revoco sententiam, quam **SPIRITUS SANCTUS** Biblico inseruit codici, I. Sam. 15.

Id est, Inobedientia tanta atrocitatis est peccatum, ut cum magia & incantatione rectissime conferatur.

Hoc igitur prohibete scelus, Vos o mei, obedientiam præstate Rectori vestro. Labi humanum est, lapsum agnoscere Christianum: De lapsu non dolere, nec Magistratui lapsum corrigere meditati obedire magicum, imò diabolicum.

Ad te verò Rector Magnifice, mea jam se convertit oratio, & sicut leges & statuta Academiae nostræ jubent, Magnificentiae Tuæ primò trado sigillum, secundò sceptrum, tertio claves, quartò librum hunc statutorum, & tandem Epomidem hanc recens confectam, qua Serenissimus atq; Illustrissimus Princeps ac Dominus, Dominus CHRISTIANUS II. Dux Saxoniae, Romani Imperij Archimarschallus & Elector &c. Dominus noster clementissimus, pro singulari sua erga hanc Academiam gratia, non ita pridem clementissimè nos donavit. Pro quo dono verò Electorali & Magnifico ut & ceteris beneficijs longe amplissimis, ipsius Serenitati gratias meritò agimus summas & ingentes precantes eidem, gratitudinis loco, vitæ longævitatem, felicem gubernationem, & ἀπαζατωλῶς εἶπεν, πάντα ἰκανὰ tum ad hanc temporalem, tum ad alteram eternam beatissimamq; vitam facientia.

Et quemadmodum Magnificentia Tua nova hac epomide jam induta est: Ita præpotens & immortalis DEUS eandem ex alto induat Spiritu sapientiae & intellectus, Spiritu consilij & fortitudinis, Spiritu scientiae & pietatis.

Et ut ex Psalmosy. colophonis loco verba huc transferamus, & ad εὐευχὴν accommodemus:

Ostendat M. T. DOMINUS misericordiam suam, & salutare suum det Ipsi.

Audiat quid loquatur DOMINUS DEUS: quoniam loquetur pacem ad plebem suam, & super Sanctos suos, ut non convertantur ad stultitiam.

*Vt misericordia & veritas obvient sibi: justitia & pax
osculentur se.*

Vt veritas de terra oriatur: & justitia de caelo prospiciat.

*Vt DOMINUS det benignitatem, & terra nostra det
fructum suum.*

*Vt justitia ante eum ambulet, & ponat in via gressus
suos.*

*Gloria PATRI ET FILIO, ET SPIRITUI SANCTO.
Sicut erat in principio & nunc & semper, & in secula se-
culorum, Amen.*

D I X I.



G 3

RECTOR

RECTOR ACADÉ-

MIAE VVITTEBERGENSIS.



SOCRATES interrogatus, quæ Civitas optime administraretur: quæ, inquit, ex lege vivit, & injustos punit. Max. Ser. mone, 68.

EX Lege igitur vivendum est in Civitate, quam florere & felicem esse cupias. Quomodo autem ex lege vivat is, qui, quid leges sint, quid jubeant, quid vetent, quas pœnas prævaricatoribus suis destinent, vel penitus ignorat, vel accuratius secum non pensitat. Quod cum ita sese habeat, sapienter profectò, ut cætera ad unum omnia: ita & hoc in Civitate hæc litteraria sancitum est, ut Civibus ejusdem aliquoties leges & statuta ipsius publice proponantur. Ita enim Majores nostri cavere posse rati sunt, ne quis ignorantiam possit prætere. Quod quam turpe sit Civi, præsertim Academico, qui vis, cui vel mica judicij reliqua est, benè pleneq; intelligit. Instituto igitur Majorum ut morem geramus, POSTEA (quod felix & fastum esse jubeat Imperator ille summus) statim post concionem pomeridianam hora II. brevi præmissa oratiuncula, leges & statuta hujus Academia publice prælegi curabimus.

Jubemus igitur Cives hujus Reip. litterariae singulos & universos, ut tempore jam definito, in Atrio Majori, frequentes conveniant, & quid ipsos deceat, quid dedecet attentè cognoscant. Mandamus & hoc seriò, ut diebus his feriatarum vel feriatarum potius Bacchanalium, se non Lemures sed homines esse agnoscant, animoq; secum circumferant Christum Jesum Salvatorem suum, qui vulneratus est propter iniquitates nostras; & contritus propter scelera nostra. Cur igitur Diabolo te mancipaveris, quæ Christus tanto precio emancipavit? Lege intellige, obsequere: Sin minus: justam eamq; severam animadversionem non evitabis. P.F. die XXVI.

Februarii, Anno Christiano M. DC. IX.

III. ORATIO, Dominica Quinquages. in

solenni legum Academicarum recita-
tione habita:

Ante legum recitationem.



UM MULTA à MAIORIBUS NO-
stris, Viri Reverendi, Amplissimi, Con-
sultissimi, Clarissimi, Spectatissimi,
Præstantissimi, tuq; nobilissima & lit-
terarum studiis deditissima Juventus,
cum, inquam, multa à majoribus no-
stris in alma hac Academia sapienter instituta & sanc-
ta sint: tum, meo sanè iudicio, & hoc certè non ulti-
mum sibi vendicat locum, quòd iidem peculiare condi-
derunt statutum, quo Rectores jubentur *curare, ut leges
& statuta recepta semel, publicè recitentur, cum gravi com-
monefactione de disciplina.*

Atq; hoc in aliis quoq; Academiis observari consue-
vit. Et quidem non absq; causa. Ecquid enim lex est?
Anima civitatis juxta Philosophum. Sicut igitur ani-
ma est in toto corpore, & in singulis corporis partibus
tota: Ita etiam anima illa Civitatis ut totum per Rei-
publicæ corpus sese diffundat, idq; informet, summè ne-
cessarium est. Et quemadmodum, si anima à corpore
separetur, illud amplius conservari nequit: sed eo ipso
statim momento concidit, expirat, perit: pari etiam
ratione Respublica salva & incolumis esse potest nulla,
nisi salutaribus quibusdam regatur & dirigatur legibus.

Atq;

Atque hæc etiam causa est, ob quam leges primitus inventæ sunt & promulgatæ, sicut vel ex hoc uno disertissimi illius Romuli nepotum pronunciato abundè liquet. *A Majoribus nostris, inquit, nulla alia de causa leges sunt inventæ, nisi ut Cives suos incolumes conservarent.*

Intelligitis igitur Cives Academici, è re, & salute vestra omnino esse, ut leges & statuta Reipublicæ hujus literariæ vobis instillentur & imprimantur; alioquin non viva, sed mortua corporis Academici membra eritis. Ecquis enim adeò putidus & stupidus, qui membrum exanime, vivum & verum corporis membrum appellandum esse censeat? Et quid turpius, quid foedius, quid indignius, Civem Academiae esse, & tamen quæ leges sint Academiae, quid præcipiant, quid prohibeant, quas poenas prævaricatoribus destinant, vel penitus ignorare, vel certè non tanto studio, eoq; affectu meditari, quo decebat?

Quæ cum ita sese habeant: officij sanè mei esse duxi, curare, ut leges & statuta hujus Academiae prælegerentur publicè, & quidem hoc ipso anni tempore, quo feriarum vel furiarum potiùs Bachanalium insaniam ubivis locorum insanire consueverunt ij, qui tota sibi in anima nihil sani, nihilq; integri reliquum esse, eo ipso produnt probantq;. Si enim ullum est, per totum totius anni annulum, tempus temporisve articulus, quo licentiùs & proterviùs in sanctissimas Rerum publicarum optimè constitutarum leges impingi & delinqui solet; hæc certa est septimana, qua redeundū ad accuratam & devotam meditationem passionis ac mortis tuæ multò acerbissimæ mi IESU, mi CHRIS TE, mi Salvator, & sospitator Generis humani meritissime. Quod ut, quantum in me quidem situm, præcaveatur, operæ pretium

me

me facturum existimavi, si hodiernum diem recitationi legum Academicarum destinarem.

Sed antequam id fiat de more atque instituto Majorum brevissimam equidem præmittam præfatiunculam, eamque de argumento, instituto huic nostro satis, ut opinor, accommodato. De quo verò? *Causas percensebo potissimas maximeq; classicas, quæ Cives Reipublicæ nostræ singulos & universos impellere & incitare debent, ut legibus & statutis, quæ jam prælegentur acri & alacri animo obtemperent, & secundum eorum præscriptum, omnem vitam, tum studiorum suorum rationem conformare & confirmare serio ac sedulo annitentur.*

Quem finem optatum ut consequar feliciter, largiatur *Is, qui oculum videntem & aurem audientem condidit, quique omnium hominum corda in manu habet sua: Is vestra quoque corda, Cives Academiæ carissimi, SPIRITU SANCTO suo ita regat & flectat, ut admonitio isthæc verè paterna intimis eorum fibris infigatur & inhærescat tenacissimè.*

Atq; ut statim rem ipsam aggrediamur, primò omnium ad obedientiam legum, Civium Academicorum animos inflammare & quasi stimulis quibusdam admotis adigere debet, earum Autor & Inventor primus. Quis ille? Parte I. Decret. Grat. Distinct. 7. Can. 1. ita quidem traditur: Moses gentis Hebrææ primus omnium Divinas leges sacris literis explicavit. Phoroneus Rex Græciæ primus leges judiciaq; constituit. Mercurius Trismegistus primus leges Aegypti tradidit. Solon primus leges Atheniensibus dedit. Lycurgus primus Lacedæmonijs jura ex Apollinis autoritate confixit. Numa Pompilius, qui Romulo successit in regno, primus leges Romanis edidit. Deinde cum populus seditiosus Magistratus ferre non posset, Decemviros

legi

legibus scribendis creavit, qui leges ex libris Solonis in Latinum sermonem translatas XII. tabulis exposuerunt. Fuerunt autem hi Ap. Claudius, T. Gevucius, P. Sestius, &c.

Sed si dicendum quod res est, hi omnes, quorum mentio jam facta, non fuerunt propriè primi legum inventores: sed primi saltem promulgatores. Verus a. & genuinus inventor & Autor legum primus est JEHOVA. Hic est, qui legem animis hominum impressit à primo statim puncto, quo homines esse ceperunt. Hic est, qui Decalogum, omnium legum fontem & Oceanum, suo ipsemet digito tabulis insculpsit lapideis. Moses v. tabulas è manu JEHOVÆ acceptas populo proposuit duntaxat, & leges inibi perscriptas publicè prælegit. Et quid in meridie accendo lucernam? Et jam Gentiles licet vera veri DEI cognitione exuti & destituti: Cognoverunt tamen ex lumine naturæ, originem legum aliò referendam non esse, nec aliunde autoritatem earum pendere, quàm à DEO Opt. Max. Hinc Demosthenes aureum illud Atticæ eloquentiæ flumen disertè & aperte profitetur, quod νόμος θεοῦ sit ἐπισημασθέντα τῶν θεῶν, inventum Deorum immortalium. Hinc Numa Pompilius Romanorum Rex & Legislator celeberrimus, legum suarum autorem dixit esse Sacram quandam Nympham Aegænam, teste Romanarum rerum Scriptore diligentissimo Livio. Hinc est quòd Lycurgus, qui Lacedæmoniorum Republicam constituit, sacrum Apollinis Delphici tripodè. Minos v. Cretensium Legislator Jovem maximum, suarum, quas condiderunt, legum autores & Dictatores celebrarunt. Quid? *Omnis donatio bona & omne donum perfectum è supernis est, descendens à Patre luminum,* inquit Jacobus in epist. sua c. I. Quis igitur adeò vanus & profanus fuerit, qui Leges boni publici causà sapientes & prudenter sancitas à Deo esse negaverit? Quis er-
jam

jam tam præfracti cordis & perfrictæ frontis, qui leges sibi præscriptas nolit habere in pretio, easque vitæ suæ normam & regulam ponere?

Jesuitarum discipuli regulas sui Ignatii Lojolæ sanctæ & religiosè observare dicuntur: quæ tamen ab impio milite, & quidem instinctu diaboli excogitata, nihilque prætet puras putas superstitiones continent: Quamò magis nobis convenit, ut nostras leges, quas DEI inventum & donum, quasque salutis nostræ causa inventas esse scimus, magnificiamus, inq; ijs studiosè & religiosè observandis omne nostrum studium omnemq; curam fideliter collocemus.

Accedit secunda causa, quæ dependet à Magistratus autoritate. Magistratus enim quid est? Custos legum est, leges ut servantur & observentur, hoc est, ut inson-tes absolvantur: fontes & rei damnentur & puniantur, illud est, in quo Magistratus officium occupatur. Hæc quoq; causa est, ob quam antiquitus Magistratui, cum renunciaretur publicè, Liber legum in manus tradebatur, id quod etiam in solempni renunciatione Rectorū hujus Academiae fieri cernimus. *Magistratus a. omnis, juxta Apostolum, est à DEO, imò minister Dei & ultor ejus, qui quod malum est, fecerit. Quicumq; igitur Magistratui resistit: is resistit ipsimet DEO, juxta eundem Apostolum.* Resistunt a. omnes ij, qui scientes & volentes leges, quarum custos Magistratus est, contemnunt, & quantum in ipsis impurissimis suis moribus profanant & pedibus quasi proculcant. Hoc a. ipsi sibi ipsis gravissimum accerfunt judicium.

Sed propero ad causam tertiam, quæ est Juris jurandi religio, quæ qualis quantaque sit, libet ex ipso Romanae eloquentiæ ac sapientiæ Principe audire. Sic verò

ille lib 3. Officiorum: *Jusjurandum*, est affirmatio, religiosa, quod a. affirmatè quasi DEO teste promiseris, id tenendum est. Nullum n. vinculum ad astringendam fidem jurando Majores arctius esse voluerunt: Id indicant leges in 12. tabulis, indicant sacra fœdera, quibus et jam cum hoste devincitur fides, indicant notationes animadversione q. Censorum, qui nulla de re diligentius, quàm de jur jurando judicant. Iam nemo est ex vobis, Cives Academici, nemo etjã esse debet, si modò Civis Academiae esse velit, qui non jurejurando huic Academiae devinctus sit & astrictus. Inter capita a. juramenti, quod præstitit istis singuli & universi, & hoc est, quòd duobus appositis ad tabulam digitis, sanctè & religiosè jurastis, id est, DEUM testem judicem & vindicem invocastis, quòd toto isto tempore, quamdiu discendi causa in hac Academia versaturi sitis, leges & statuta ejusdem, tam ea quæ jam sancita sunt, quam quæ deinceps legitime promulgata fuerint, studiosè servare velitis. Quando igitur in leges & statuta hujus Academiae temerario & nefario ausu impingitis, quid facitis quæso (Vos ipsos & illam mille testem, conscientiam videlicet, appello) quid inquam, facitis? Datam fidem frangitis, sacrum illud jurisjurandi vinculum rumpitis, perfidiæ & perjurij notã vobis ipsis inurit is.

Ceterum quo animo affecto, sit justo ille Judex qui in coelis habitat, & cuncta videt auditq;, quæ facimus non meis (ne quid fingere videar.) sed ipsis illius ipsis verbis edisseram, ex Zach. c. 5. ubi omnes perjuros hac terribili oratione alloquitur: *Et veniet justum meum judicium ad domum furis, & ad domum jurantis in nomine meo mendaciter, commorabitur in medio domus ejus & consumet eam, & ligna ejus, & lapides ejus.*

Adjicio quartam & ultimam causam, qua obedientiam

erga

erga leges Academicas animis vestris inspirare & ingenerare quasi debet & potest. Ea verò constat è pœnis tragicis & atrocibus, quæ divinitus destinatae sunt omnibus ijs, qui legum honestarum metam petulantè transire, & contra eas quidvis parrare ac designare non erubescuat. Obligant n. leges vel ad obedientiam vel ad pœnam. Quando igitur obedientia ijs non præstatur debita quid aliud restat, quàm ut pœna justissima insequatur? Hæc v. non semper quidem erigitur & infligitur à Magistratu. Quot n. DEUM immortalem cœlèra quot flagitia, quot injusta & iniqua facinora, vel in hac nostrâ perpetrantur Republica; Verum, vix decimum quodq; Rectori innotescit; & licet eandem aliquando innotescat plerumq; tamen fit, ut manifestissima quæq; negentur, juxta illud COMICI: *Si fecisti, nega.*

At v. mi homo, quisquis es, quid agis, quid cogitas? putasne si scelera tua impunè auferas à Magistratu tuo: te quoq; subter fugiturum pœnam atque animadversionem summi illius Imperatoris, de quo *Syracides cap. 23.* hunc in modum concionatur: *Oculi DOMINI multò lucidiores sunt super solè, circumspicientes omnes vias hominum & profundum abyssi, & hominum corda intuentes in absconditas partes, &c. Et c. 5. Ne dixeris: Peccavi, & quid mihi accidit triste? Altissimus n. est patiens redditor. De propitiato peccato noli esse sine metu, neq; adjicias peccatū super peccatum, & ne dicas: Misericordia DOMINI magna est multitudinis peccatorum meorum miserebitur. Misericordia n. & ira ab illo citò proximant, & in peccatores respicit ira illius. Non tardes converti ad DOMINVM, & ne differas de die in diem, subito n. veniet ira illius & in tempore vindictæ disperdet te.* Et num quæso oblitus es illius, quod Malach. c. 3. de DEO enuntiat: *Attendit DOMINVS,*

inquit, & audivit, & scriptus est liber monumenti coram eo, timentibus Dominum & cogitantibus nomen ejus.

Exempla ubivis obvia sunt non in Sacris modò literis: sed in communi etiam vita, inq; publico experientiae circulo. Ego novi, & scio adesse jam ex Proceribus Academicis, qui mecum nôrunt, quàm citò & quàm malè mortui sint nonnulli, qui malè in hac Academia vixerunt. *Quod ne & vobis obtingat, vos mei, quos his oculis habeo cariores, agite. obsecro, proponite vobis ob oculo DEUM honestarum legum Autorem: cogitate quòd Magna sit ordinatio DEI, expendite, quanta sit jurisjurandi, qua devincti estis Academiae, religio: exhorrescite poenas, quæ pervicacibus legum prævaricatoribus destinatae: & proinde legibus nostris, eo quo debetis animo & studio, obtemperate. Quales v. ea sint, quid præcipiant, quid prohibeant, jam cognoscetis ex Notario Academiae, qui eas vobis præleget, unà cum rescriptis quibusdã Electoralibus, quæ disciplinã Academicã factam rectamq; conservandam unicè concernunt.*

Post recitationem legum.

Recitatis itaq; legibus, jam commonefactio quoq; quædam de disciplina instituenda foret. Nam & hoc à Rectore Academiae, quando leges præleguntur fieri debere, ex statuto Majorum, in primo Orationis hujus vestibulo, intellexim9. Sed quia tempus maxima ex parte præterfluxit, & hora instat, qua ire exequias vos jussimus, de duobus tantum modo vos commonefaciam. Vestrum est non tantum audire: sed etiam obedire.

A primis hujus Academiae incunabulis institutum, tot annorum decursu observatum, tot Electorum Saxoniae rescriptis confirmatum, tot programmatis Senatûs Academici repetitum est, decretum illud utilissimum sapientissimum, religiosissimum, ne cuiquam è Civibus A-
cade.

cademicis, cujuscunq; tandē sit ordinis & dignitatis, concedatur, arma gestare, quocunq; etiam nomine illa veniant. Quid v. fit? Proh dolor, contrariū. Constat n. complures è vobis gladiatos incedere per plateas & vicos: nonnulli etiam eo audaciæ processerunt, ut omni deposita formidine, fustibus & furcis oblongiusculis nocturno tempore circūvagari, grassari, tumultuari, obvijs quibusq; injurijs esse ausint. O armorū genus novum, insolens, noxium, indignū & malum, nefarios in usus factū & fabricarū, ordine etiam Studioforum planè indignū! Etenim si sacras perlustremus literas, à nemine quidē hoc armorum genus usurpatū esse invenio, præterquā à colluvie illa sceleratissimorum hominū, qui *Christum Jesum Salvatorem nostrum* *Ἰουδῆς υἱοῦ*, Juda proditore duce & auspice captum exijt, eumq; captum in urbē abduxit. Sic n. Matthæus expressissimè scribit: *Adhuc eo loquente, ecce Judas unus de numero undecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus*: Cogitent ergo illi, qui illo armorū genere usi fuerunt hætenus, quā protervè deliquerint in leges, in quas juraverunt sollemniter, & quā foedè ordinem suum honestissimum deformārint, certoq; sibi persuadeant, nisi destiterint, futurum, ut summa severitate in eos animadvertatur.

Alterum, de quo hodie commones faciendi estis, est de festo illo verè diabolico, quod à fidelissimo diaboli curatore Baccho nomē accepit suū, quodq; hoc ipso anni tēpore cōtra tot gravissimas totiq; ordinis Theologici dehortationes adhuc fastis inferi, & ritu veteri celebrari cōsuevit. Quomodo a.? Uno dicā verbo, diabolicè. Ut n. prætereā cōmessationes illicitas, choreas impudicas, vociferationes horrendas, & alia istiusmodi, quæ in honorē Bacchi hoc tēpore frequētari solent. Id certè præterire nullo modo possum, quod nonnulli se à diabolo tam
foedè

foedè dementari patiuntur, ut lymphati & personati in
 circulis vicisque publicis discurrere & furere non per-
 horrescant. Proh DEUM immortalem! quid furore hoc
 diabolico atrocius, quid detestabilius, quid homine
 Christiano indignius? *Deut. 6, 22, 5.* JEHOVA per Moſen
 hanc tulit legem: *Non induetur mulier veste virili, nec vir
 utetur veste feminea. Abominabilis n. apud DEVM est, qui
 facit hoc.* Jam age, mi homo, in te ipsum descende, & ex-
 cute paulisper intelligentiam tuam, an non committis
 abominationem, dum Lemurum & Lupercorum mo-
 re non saltem veste ridicula & morionum propria indu-
 tus: sed larva quoq; tetra & horribili obvelatus in via
 publica, & tot hominum coram intuentium conspe-
 ctu circumvagaris, teq; non hominem, sed Diabolum
 esse, vultu, gestu omniq; corporis motu modoq; osten-
 tas. An nescis te ad imaginem DEI esse conditum?
 Cur igitur te in imaginem Diaboli ipsemet transfor-
 mas? An nescis te sanctissima CHRISTI passione à vana
 mundi conversatione esse redemptum? Cur igitur hac
 ipsa septimana, qua memoria passionis CHRISTI in Ec-
 clesia recoli incipit, vanam ac profanā mundi conver-
 sationem tanto furore sectaris? An nescis, te sanctifica-
 tum esse à Spiritu Sancto ut sis vas gloriae DEI? Cur igi-
 tur vas ignominiae DEI te ipsum à Diabolo fingi gigni-
 q; pateris? In baptismo valedixisti diabolo & omnib9 ej9
 organis; Cur igitur diabolo & organis ejus te associas?
Ne facito, ne facito, inquam, ne facito mi homo per DEVM PATREM,
qui ad imaginem suam te condidit: Per DEVM FILIVM, qui passione
sua acerbissima à vana mundi conversatione te redemit: Per SPIRITVM
SANCTVM, cujus domus & templum es: Per Sanctam atq; individuan
TRINITATEM, in cujus nomine baptizatus es, & renunciaſti, diabolo & o-
mnibus organis. Tantum est, quod Vos, ô mei, affectu paterno
 submonere volui ac debui.

DIXI.

i in
per-
noc
ne-
fen
vir
qui
ex-
ittis
mo-
ndu-
via
spe-
lum
ten-
um?
stor-
vana
hac
n Ec-
ver-
ifica-
r igi-
gniq;
9 e;9
cias?
REM,
passione
ITVM
viduam
lo & o-
erno

ULB Halle

3

004 965 515



VD 17





nerē crea
dictione
Etioni igni
est, si Cir
valet.

Bene
obtingit I
bernacul
qui omnia
cē, ut (va
Miserico
pax oscu
& iusticia
benignit
um. Ut ju
via gressu

Re
Conscripu
docet. Et
runt init
fidem ad
adhuc pag
radi secu
vilis Et es
sumsit in
Germani

; Bene
Benedi
rendum
& opibus

omiscue
nius gu
id est, ii,
unt uni
lm. 85.)
stitia &
oriatur
nus det
tum su
donat in

, Patres
abundē
extite
toribus
s. Lipsia
ne. Con
epit, sed
tanta,
errimis

Dies:

